


HAFENREFFER
DE CUTIS AFFECTIBUS
1630







3041/A

Πανδοχεῖον αἰολόδερμον

IN QUO

# CUTIS

EIQUE ADHÆRENTIUM PARTIUM, AFFECTUS OMNI singulari Methodo, & cognoſcendi & curandi fideliſſimè traduntur: Quod etiam varijs medicamentis Galenicis, Chymicis, Coſmeticis, alijsq; nobilibus ſelectioribus eſt illuſtratum Opus tàm Medicis, quàm Cheirurgis jucundum & utile: Vbi & ſub calcem adjecti Tibicines, Lectorem, Arabica, Græca, Latina & Germanica contenta, indagare ſuccinctè informant.

*ERECTUM*

PER

SAMUELE

HAFENREFFERUM, PHILOSOPHI ac Medicinæ Doctorem.

TUBINGÆ,

*Typis & Expenſis Joh. Conr. Gey[...]*

Anno Chriſti M. DC. XXX.

ILLVSTRISSIMO COMITI
ET DOMINO,

# DN. PAVLO

ANDREÆ:

Comiti ac Domino in
WOLCKENSTEIN, TROSTBVRG
& BOLTRINGEN, &c.

*SACR. CÆS. MAIEST. à CONSILIIS: NEC NON SERENISSIMI & POTENtissimi Bavariæ Electoris in Sanctiori Consistorio Senatori primariæ dignationis, Ducalis quoq; Cubiculi Præfecto, & Vvemdingensis Ditionis Præsidi, &c.*

*OMNEM FELICITATEM.*

COnfidenter Magnanime COMES, Perillustre Nomen Tuum huic Medico Libello meo præscribo. Facti mei rationem

 si exi-

exigas, licet possem afferre plumas, unam atque alteram dunaxat attingam. Cum ante aliquam multos annos Generosissimus EXCELL^æ T. Pater (cujus inclyti Baronis beatam memoriam sæpenumero mecum recolo non perfunctoriè) valetudinis suæ graviter admodum adflictæ curam credidisset mihi, ea erat felicitas tunc mea, ut non solùm tot sonticis morbis laboranti Venerando Seni Operam meam, industriam fidemque probaverim, sed & ea dein acceperim præmia, quæ longè superabant expectationem meam, & quæ perpetuò gratitudinis nexu etiamnum devinciunt me splendidissimę Do-

mæ Domui Tuæ. Neque his te-
minis VVOLCKENSTENI
circũſcribebatur in me Benign-
tas, ſed Tu DOMINE tanti H-
rois ut fortunarum, ita virtutu-
omnium Hæres ex aſſe, in m-
quoq; ſanctiſſimos Paternæ Pi-
tatis Adfectus pro admiranda i-
culmine iſto comitate ſic produ-
cis, imò tot egregia ſingularis i-
in me favoris ſpecimina edidiſ-
nuperrimè, ut lubens meritò pro-
fitear, me benefaciendi ſtudium
tàm obvium, tàm proclive, fru-
ſtra hactenus alibi requiſiviſſe.

Atq; hæc ita præfari volui, u-
publicè teſtarer, quantum Tibi
Eminentiſſime Comes,
ego deberem.

Cæterùm non hoc tantùm, ali-
d etiam hîc quæro: nempe volo
uic tenui Libello meo, & qui, si-
e argumentum, sive authorem
onsideres, valdè obscurus alio-
uin futurus sit, aliunde splendo-
em mutuari. Quod dum facere
estio, & hinc inde circumspicio,
ngenti Gratiæ Tuæ fiduciâ ad Te
eror, Humanissime patronorum;
ertus in omni hominum virtuti
imilium mihiq; optimè cupien-
ium cętu, me inventurum nemi-
nem, à quo commodiùs, &, quæ
Tua facilitas est, audentiùs Scri-
ptiunculæ meæ lumen accendere
possim. Nam Tu ex vetustissima,
& prælustri VVOLCKENSTE-
NIÆ Baronum familia deducẽs

genus

genus ; ut FORMA omnium , quos quidem ego viderim nôrimq; tui ordinis præſtantiſſimus; ita Religione & Iuſtitiâ longè ſupra communē mortalium ſortem evectus, inſuper vigore animi acerrimus, magnitudine cogitationum, celeritate conſiliorum , laborum patientiâ & expediundorum quantumlibet arduorum negotiorū dexteritate feliciſſimis par es;

&, quæ ad iſtas incomparabiles dotes nobiliſſima eſt acceſſio, vix hodiè inter Summates Viros reperire eſt, cujus altitudinem lenitas, & actionum morumque regimen bona gratia condiat decentiùs amabiliùsque; vix, qui tantæ negotiorum moli ſufficiat negotio minori, & magis, quæ agenda ſunt, curet ſine ullo ſupercilio, ſine ulla oſtentatione agendi.

Gratulor equidem Sereniſſimo & Potentiſſimo Electori Bavariæ Principi cui profectò non potuit Te, DOMINE, Sanctior Digniorq; Conſiliarius, & Adjutor, melior contingere. Vtinam verò Exemplo

Tu

Tuo alij quoq; proceres & purpurati alij, veluti ſacro quodam maximarum virtutum Tuarum contagio affecti, ſic irent Tecum in vota Remp. Germanorum ſalvam ac ſoſpitem ſiſtendi! cùm res jam, proh dolor! eô redierint, ut paſſim jus ſit vis, & diſcordiæ civium antea conditionibus ſanari ſolitæ, ferro dijudicentur, ſæpeq; bella ineantur non juſtis cauſis, ſed prout eorum merces ſperatur. Vtinam verò, atq; iterum, ô utinam!

Sic enim rediret Aurea Pax, ſacris honos, juſtitiæ Majeſtas, charitati toties orbæ & neglectæ debita veneratio, ſecuritas homini-

minibus, cultus agris, commercijs libertas, & certa cuique rerum suarum possessio.

Atenim patere Illustrissime Patrone, ut, quod facio, bona cum gratia Tua faciam, & pertenuem obscurumq; hunc Libellum meum præscriptione Gloriosi & Magnifici Nominis Tui insigniam: quem tamen si prætérea in devoti gratiq; animi symbolum à me acceperis, humanissimo facto isto, me novo planè, eoq; maximo beneficio obligabis, & pariter hoc novis-

novissimo priora beneficia omnia
figes quasi clavo trabali. Vive
feliciter & longum vale

Eximie Comitum,
Præclarissimum Germaniæ & Seculi hujus nostri
Ornamentum. Scribebam Tubingæ 28. Augusti, Anno Christi, 1630.

Ill^mæ. Excell^æ. T.

*devotus*

Samuel Hafenreffer,
Ph. & Med. D.

Votiva

⁂

# Amicorum ad Autorem Votiva.

O *Mnigenos* CUTIS HUMANÆ SAMUELE, *laboras*
*Quando doces, Medicâ restituisq; manu:*
*Quam Tibi promittis sortem? annè Cutanea tantùm*
*Gratia pro meritis est redhibenda Tuis?*
*Multi sic statuent, veræ virtutis egentes,*
*Qui parvo pensant ære medentis opem.*
*Ne tamen abjicias animum. Genus illud & extat,*
*Intus sincerè quod Te amat, inq; Cute.*
*Occupet interea Scabies, Verruca, Phlogosis,*
*Cuicunq; abiecta est hæc Therapia Cutis.*

Gregorius Horstius D. Vlm. Archiater.

*I I.*

NVllos Mercurius Marti junctus dat honores,
Virtus dat verum, Scriptaque docta decus;
Ad Famæ SAMUEL benè scandis culmina; Livor
Quanto major, eò, Gloria major erit.

*Ioh. Rudolph. Camerarius, D. Phys. Reutl.*

*I I I.*

THeilogi magni *quoties ego* Scripta Parentis
*Inspicio, toties iubilat os, Cor ovat;*
*Iubilat os, cor ovat* Famam *recolendo* Paternam
*Quamq; Europa tonat,* Teccia terra *canit.*
*Sic* Tua Scripta *legens, quæ* ceu Galenus *in usus*
*Humanos promus* singula *condus* agis:
*Iubilat os, cor ovat sic* FAMAM *extendier* orbi
HAFFENREFFERICAM *stelliferoq;* polo.

Frater & Affinis, M. Iohan. Kies.

Elenchus

***

# Elenchus Capitulorum, huius Operis.

## In Libro Primo.



## In Libro Secundo.

# Elenchus Capitulorum.



Προλε

# Προλεγόμενα.

ILLA Medicinæ pars, Morborum Exegesin, quæ tractat, παθολογικὴ dicta ab ipsis Morbis, qui πάθη seu παθήματα dicũtur, nomen deduxit suum: πάθος verò vocabulum, diversa includit; secundum veteres quidem de omni exteriore motu dicebatur, qui motus Medicis πάθος nominatur abusive, affectus intelligentes, qui ex passione provenere, nec amplius in motu sunt, per se actionem labefactantes, dicuntur iidem affectus, Morbi, quorum definitionem modò tradidimus, Sennertus vero talem tradit, Morbum, esse partium viventium corporis humani ad actiones naturales exercendas Impotentiam seu ineptitudinem, ab earundem constitutione præter naturam, ortum habentem: Affectus quoq; nominantur alterationes animi quales sunt,

*Gal. tom. 6 L. 2 Meth. Med.*

*Gal. L. 1. commẽt. 1. de morb. vulg.*

*Gal. L. 2. de natur. fac.*

*Senn. L. 2. part. 1. c. 1.*

Gaudium, timor, triſtitia, Ira, qui & ipſi modum excedentes in morbos tranſeunt. Omnium autem affectuum ſeu morborum conſideratio fit vel ſecundum eſſentiam, vel ſecundum Accidens.

*Generalis Morborũ Diviſio.*

Eſſentiæ ratione, vocantur alii Similarium partium, alii organicarum.

*Similares Organici*

Similarium vel Intemperiei, vel totius ſubſtantiæ, ijque ſunt aut ſimplices, cum affluxu aut ſine affluxu, æquales vel inæquales: aut compoſiti, ex intemperie calida & humida: calida & ſicca: frigida & ſicca, frigida & humida. Totius ſubſtantiæ morbi vel ſunt manifeſti, vel occulti, quales ſunt contagioſi &c.

*Similariũ dicuntur Inteperiei ſubſtantiæ totius. Simplices cum affluxu, ſine affluxu AEquales Inæquales compoſiti cal. & frig. cal. & ſicc. frig. & humid. frig. & ſicc. Manifeſti occulti.*

Organicarum partium, ſunt vel Numeri, qui aut deficit aut abundat, ſecundum naturam, ut ſextus digitus, duplex ordo dentium, dens alteri adnatus, polypus naſi, unguis in oculo. Membrana adnata, ſeu excreſcentia ab altero oculorũ angulo ortum habens, & hîc ad pupillam progrediens eamque obtegens: vel abundant quędam toto genere præter naturam, quorum in numero ſunt Lumbrici, Aſca-

*organicarum ſunt Numeri.*

Ascarides, calculi renum & vesicæ, grando in oculo, suffusio, pus, ἀκεοχορδόνες.

*Abundantis Deficientis secũdum vel præter naturã. Magnitudinis Aucta.*

Secundum genus organicorũ morborum, est Magnitudo aucta; quò spectant Tumores, ἐγκάνθις, ὑπερσάρκωσις, capitis, linguæ & aliarum partium incrementum nimium: Ejusque contrarium Diminutio, ad quam referuntur, φθίσις, ἀλεσφία, partiumq; quarundam mutilationes, omenti, linguæ.

*Diminuta.*

In Tertio genere comprehenduntur vitia Conformationis, quæ depravatur vel in Figura, Recta, curva, aliterve disposita; vel in cavitatum Numero & magnitudine, quæ utraq; vel Excedunt, qualiter ἀναστόμωσις, διαπήδησις, Διαίρεσις, vel deficiunt, quò pertinent, obstructio, constipatio, coalescentia, compressio, subsidentia, constrictio, vel in superficie, quæ vel levis, ubi omnia æqualia inter se & nihil eminet, Aspera, ubi aliquid partis vel eminet vel deprimitur.

*Cõformationis depravatio.*
*1. In Figura.*
*2. In cavitatibus.*
*3. In superficie.*

Conformationi succedit quarto ordine compositionis error, ubi ponderandus situs, casus malum, Luxatio nuncupatur, hujus differentiæ dicun-

*Compositionis destructio.*

tur Luxatio perfecta, ſubluxatio, contorſio.

Poſt ſitum obſervanda connexio, ubi aliquando partes, quæ conjungi debebant, disjunguntur, quæ verò disjunctas eſſe oportuit, cõjunguntur.

*Vnitatis ſolutio, hujus ſpecies ſunt.*

Tandem & unitas quandoque ſolvitur in parte Molli, cujus ſpecies dicuntur τραῦμα vulnus, cùm pars mollis à re ſecante ſolvitur cæſim.

*Vulnus.*

*Punctura*

*Contuſio.*

Punctura, ſi punctìm, θλάσις vel θλάσμα vulgò contuſio, cùm à re dura & obtuſa, pars mollis læditur.

*Ruptio.*

ῥῆγμα, Ruptio, quando ex re tendente pars rumpitur.

In nervis peculiariter, hæc ſolutæ unitatis ſpecies σπάσμα nominatur.

In parte dura ſolutio vocatur τερηδὼν, quando fit ab eroſione, in oſſe facta.

ἄγμα vel κάταγμα, quando ab alia cauſa, quàm ab eroſione, videlicet ſectione, contuſione vel tenſione in oſſe fit ſolutio. Et hæ ſunt differentiæ Eſſentiales.

*Accidentalis Morborum diviſio.*

*Simplices.*

*Compoſiti.*

Accidentaliter dicuntur Morbi, 1. Simplices 2. Compoſiti 1. Ejusdem generis ut ſunt Intemperies, & quando

do organicus organico conjungitur. 2. diverſi generis, quando videlicet ſimilaris organico conjungitur, vel organicus eſt cum ſoluta unitate, vel Intemperies cum ſoluta unitate.

Hi rurſus vel ſeparati & disjuncti ſunt, vel Impliciti, qui quidem diverſas partes afficiunt, ſed talem tamẽ, quæ unum communem uſum atque actionem habent.

Tertiò in Fieri morbi dicũtur. 1. cùm nondum ſunt, ſed producuntur. 2. qui augentur adhuc. 3. Etſi jam exiſtunt & affectus ſunt, quibus actiones læduntur, tamen abſque cauſa generante in corpore ſubſiſtere non poſſunt, & ita ſubjecto inhærent, ut cum cauſis ſuis recedant.

*μόνιμοι ſeu Facti.*

Facti dicuntur, qui etiam remotis & ablatis cauſis generantibus remanere & ſupereſſe poſſunt, nec illis ablatis ſtatim tolluntur.

Vniverſales, qui totum corpus occupant.

Particulares, qui partẽ etiam quamcunque peculiariter occupant. Infantium. Puerorum, Adoleſcentiũ Iuvenum, virorum, ſenum. Per ἰδιοπάθειαν.

*Aetatum ratione.*

Per συμπάθειαν. 1. cùm pars aliqua materiam aliunde excipit. 2. cùm ſpiritus, animæ actionibus, neceſſarium inſtrumentum influere, prohibētur 3. cùm materia ad actionem neceſſaria denegatur.

Legitimi & Exquiſiti, qui ab una & ſimplici cauſa proveniunt.

Illegitimi & nothi, qui ex miſtis humoribus excitantur. Inhærentes à primo ortu: dicuntur hæreditarij, communcati liberis vel in toto corpore, ut ſunt morbus Gallicus, Elephantiaſis, phthyſis, vel in parte, ut arthritis, Epilepſia, ſurditas, obmuteſcentia, calculi: Item quando conformationis vitio morbus aliquis liberis obtingit, qui in parentibus depræhenſus non eſt, ut loripes; brachiorum, digitorum, manus, brevitas fiſſuræ labiorum, palpebrarum & alii. Quidam genito jam adveniunt.

Quidam ſunt contagioſi, qui ſui ſeminium atq; inquinamentum quoddam in aliud corpus transfundere & per illud ſimile in corpore vitium excitare poſſunt.

Non contagioſi, qui alium communi-

municato inquinamẽto inficere non possunt.

Communes, qui sunt vel ἐνδήμιοι, quando ex communi causa videlicet propter aërem patrium, aquas, vel victus rationẽ frequenter Regionis alicujus Incolas, corripiũt, sic dicti quòd multis communes sint, ut dysenteriæ, febrium quædam genera: reliquum catalogum recenset divus Hipp. sect. 7. lib. 7. Epidimij, verò censentur, qui quidẽ plures corrumpunt, non tamen sunt vernaculi, sicuti erant Lues Gallica, sudor Anglicus, febris vngarica &c. Dicuntur etiam morborum alii vernales, Æstivales, Autumnales, Hyemales.

*Sennert. L. 2. part 1. c. 11.*

*Gal. comment. 1. in lib. 1. Hippol. de morb. vulg.*

Magni & quidem tripliciter. 1. Ratione dignitatis, quando organum naturâ dignius & constitutio ad vitam magis necessaria, læditur. 2. Ratione propriæ essentiæ, seu recessus à naturali statu. 3. Ratione κακοηθείας mali moris, cum nimirum prava aliqua qualitas affectui conjuncta est: sic & alii nominantur vehementes, parvi.

Benigni, quando nihil gravium Symptomatum supra propriam natu-

ram habent, tantumq; ea, quæ proveniunt à peculiari à natura recessu.

Maligni, qui peiora quàm pro suæ naturæ ratione habent symptomata, & quibus ex occultis qualitatibus aliquid vitij, quod vires deijcit, conjungitur. Breves, qui celeriter moventur & citò ad terminum perveniunt.

Longi, qui tardius moventur & ad finem perveniunt. Acuti ἀκριβῶς οὐκ ἀκριβῶς. Per acuti. Exquisitè & extremè. Acuti ex decidentia: continui. Intermittentes, ordinati, inordinati.

Sennert. L. 2. part. 1. c. 11.

In σχέσει morbus dicitur, qui εὔλυτος est & facilè tollitur, sive fiens sive factus sit.

ἑκτικὸς verò in specie ille morbus dicitur non qui simpliciter permanet, sed qui etiam omninò non aut difficulter curatur & δύσλυτος est.

Et hęc generalissimè pręfari libuit, de reliquis si divinâ cōcesserit gratia, accuratius meditari animus fovet; Impræsentiarū eos tractare morbos, qui vel propriè vel accidentaliter, cuti, eiq; inhærētibus capillis, infligūtur affectus, prosequi mens est, eam præsertim ob causam, quod plures morbi per cutis

pilorum-

ilorumq́; ſtigmata effloreſcant inte-
iorumq́; malorũ συνδρομὴν prodant:
el per colorum accidentia, vel ma-
ulas vel tumores: unde tàm phyſio-
gnomiæ, quàm pathologicæ contem-
plationi campus eſt apertus. Ex ipſa
cutis natura; ut & ulcera, & vulnera
àm externè, quàm internè, per vene-
na inflicta, locum invenêre. Tandem
humanũ Ingenium quoniam formo-
ſitatem appetit, cutis nævis, ſi non ex
toto, tamen ex tanto & fucatè ſaltem
occurrere, qualiter valeamus, appen-
dicis quaſi loco, de fucis agere mo-
nuit occaſio. Has autem operas Le-
ctori confidimus non fore ingratas
Tu Lector, interim proſper ut valeas,
opto.

## LIBER PRIMVS

## CAPUT I.

## DE CVTE.

HVmanum ſyſtema ſecun-
dum partes, qui ponderãt,
eas, vel in continentes, vel
contentas diſtribuere ſo-
lent: ex continentium numero ſunt

*Nominis ratio.* Cutis, græcis δέρμα, in irrationalibu pellis, exuvium, crusta, membran: corium, dicitur: Hipp. ἀνθρωπηίη, iter φορίνη: δέρμα nuncupata ἀπὸ τοῦ δέρεσ excoriari, teste Galeno. Herophilo humanum vestimentum, eò quò corpus muniat, & suo colore & sub stantia hominem quasi ostendat, nun cupatur: defendit enim interiora contra injurias externas, maximè ve rò contra aërem, qui multorum ma lorum author, si corruptus, vel mal imbutus qualitate. Cutis quin etiam superflua attrahit, eijcitque, hinc salu brius vivunt illi, qui multa haben strigmenta.

*Hipp. L. de vict. rat. in acut.*

*Gal. 2. de usu part. c. 6.*

*Usus.*

*Divisio.* Partes eius sunt quatuor, una exte rior cuticula, græcis ἐπιδερμὶς, pellicu lis ceparum tenuioribus haud absimi lis, ex humoribus & fuliginibus, qui bus vera cutis non potest nutriri, orta & reservata, unde tàm diu cuticula crescit, quàm diu vera cutis subsit. Hâc vero remotâ, & illa subsistere ne quit. Altera interior triplex, cutis pro priè sic dicta, pinguedo & membra na carnosa. Differentiæ petantur ex Lib. 6, c. 4. Anat. Laur.

*Fern. l. 1. Φυσιολογ. c. 13.*

Hoc

Hoc corporis vestimentum naturâ
[illegible]â Læve, (quandoq; asperam induit
[illegible]aturam, ab externo aëre nimium
[illegible]ccante, uti hominibus ruri deditis
[illegible]venire videmus, quin & agrestes cō-
[illegible]inuati labores manifestant,) licet for-
[illegible]nam largiatur homini, cumque præ
[illegible]æteris animalibus amicabilem red-
[illegible]at, (colore suo subrubicundo, qui ex
[illegible]lbo & rubro mistus, ratione sangui-
[illegible]is in capillaribus venis contenti &
[illegible]er eam undiquaq; confertim excur-
[illegible]ente, unde plerunq; sub alba & sub-
[illegible]ubra conspicitur, in quibusdam au-
[illegible]em magis, in aliis vero minus) Acci-
[illegible]it tamen sæpius immutari & in
[illegible]colore à naturali suo statu discedere,
[illegible]ive præter naturam diversimodè alie-
[illegible]no colore affici, idque aliàs per uni-
[illegible]versam corporis cutem, quemadmo-
dum evenire solet in illis corporibus,
quæ arquato sive icteritiâ tàm fla[illegible]â,
quàm nigrâ laborant, effusâ in cutem,
vel bile flavâ vel nigrâ, jecinore vel
liene aliquo vitio laborante: aliquan-
do vero in una duntaxat corporis par-
te, utpote in oculis, facie, vel mani-
bus: dum nimirum venulis disruptis,
vel

*Color naturalis cutis ejusq; causa.*

*1. Accidens cutis coloris mutatio.*

vel alio quovis modo vim & injuriam
perpeſſis, ſanguis ſubter cutim effuſu
colorem cutis nativum immutat, &
alieno præter naturam defædat, ve
pluribus ſæpe continuatis, vel etiam
guttatim hinc inde diſperſis Maculi
idque vel ſuperficietenus vel ad ipſa
uſque carnes, & ad oſſa, fæditate eiu
modi penetrante.

*Diagnoſtica ex colore.*

Interiorum igitur ab Exterioribu
cognitionem cum hauriamus, Me
ritò ſagaces Medici, Galeni duct
Artis parvæ, non tantum de corpori
temperie ex cutis colore argumen
tantur, deque morbis prognoſticant
verùm & Animi Mores, qui tempera
turam ſequuntur, delineant, eorum
veſtigiis inſiſtentes ſeq. aphoriſmo
obſervandos cenſemus.

*Roſeus.*

1. Quòd color roſeus quaſi ex lact
& ſanguine proportionaliter miſtus
naturam temperatam deſignet: appa
ret autem iſte color maximè in facie
utpote in qua cutis (quæ ex mor
aliarum ſpermaticarum partium can
dida eſt, præſertim in conſtitution
moderata, in qua nullus exceſſus, nul
laq; viſcerum intemperies præſuppo

nitu

itur, caro vero muſculorum rubra ſt, ob ſanguinem, qua conſtat & aliur, rubicundum) tenerior, quam in liis corporis partibus, itaq; ſubjectæ carnis ruborem transparere facilè ſiit. Sunt tales moribus jucundi & edati.

2. Niger ut cornu Lucens (ut in æthiopibus) ſignum eſt aduſtionis, noatq; imbellem, timidum & verſutum propter abundantiam ſucci melancoici, qui Ingenium notat, ſed timorem confert. *Niger.*

3. Flavus & Albicans, ſignum furoris eſt, ratione bilis, quæ abundat in toto corpore cum aliquali phlegmate, unde Ira & furor. *Flavus.*

4. Fuſcus ſeu Brunus, fortitudinē ſignificat, humores enim mediocriter ſe habent, adeò ut bilis cum reliquis rectè temperetur. *Fuſcus.*

5. Viridis vel ſubnigricans vel obſcurus, iratum denotat, moroſum & invidum propter bilis aduſtionem. *Viridis.*

6. Ruffus vel ſubrubeus, ſignum aſtuti & variis moribus præditi & pernitioſi, ratione ſanguinis & bilis ideoque ratione bilis, ut plurimū audaces ſunt. *Ruffus.*

7. Pal-

7. Pallidus, timiditatem arguit phlegma enim & melancolia, timorem, ſanguis vero ad penitiora loco fugiens, qui florem corpori largiri debebat, pallorem inducit.

*Albus.* 8. Albus virtuti contrarius & ignaviæ eſt indicium propter abundans phlegma.

*Lividus.* 9. Albedo Livida & Flava, fallax notat ingenium (ex bile & pituita, in femellis hic color reperitur) Hæc & ſimilia certi aliquid pronunciant, ſi & reliqua conjungantur ſigna.

*Flammeus* 10. Flammeus, furioſos indicat, ſi quidem ea, quæ in corpore vehementer calefacta, flammeum colorem habent, qui autem extremè calefacti maniaci utique ſunt cum lucentibus oculis.

*Prognoſtica ex coloribus.* Ex prædominio humoris in cute apparentis non ſolum generaliter inclinationem morborum deſcribere ſed de criſibus etiam per pulſus & urinas ſeſe manifeſtantibus hominem præmonere, futurumque exitum, nec non & tempus ejusdem poterit, definire.

*I. Ex Roſeo.* Sanguis enim, quem Roſeus color dete-

tegit, natum cephalalgiæ ſangui-
æ, ſynochis, ephemeris febribus,
ginis, pleuritidi, peripneumoniæ,
legnomi, apoplexiæ &c. ob noxiũ
monſtrat.

Bilis, quam color flavus, Ruffus, *Flavo, Ruffo flammeo.*
mmeus prodit, Tertianas febres,
emitriteos, phrenitidem, Maniam,
emorrhagiam, Icterum, dyſenteri-
n, eryſipelata, exanthemata, herpe-
, carbunculos &c. nato inducit.

Atra bilis, quam color Niger, ma- *Nigro.*
feſtat, Quartanis natum affligit, le-
a, ſcyrrho, cancro, malignis ulce-
bus, incubo, melancolia, obſtru-
ionibus hepatis & Lienis, hæmor-
oidibus, varicibus &c. moleſtat.

Phlegma, quod color albus & palli-
s Indicat, œdemata, hydropem, ar-
ritidem, Paralyſin, Lethargum, co-
a, carum, catharrum, Epilepſiam in
to generat.

Tempus dictorum morborum de-
it Ætas & Aër, Annique Quadra,
m Regione Locoq; : celerem criſim
l tardam, humor facilis vel difficilis *Gal. L. 3. de criſ.*
otu, ſic & bonam vel malam, ſym-
omata dictitant: Qui vero ſine cri-

ſibus

ſibus moriuntur, triplici de cauſa ſ
lerem mortem ineunt 1. cùm in pr
cipiis acceſſionum, quod in mag
inflammationibus plurimum cont
git, ob humorum ad membra prin
palia, multitudinem, craſſitudine
ac tenacitatem, ſubitaneus fit conf
xus, ut ſpiritus meatus obſerent.
Quando jam tempore ſtatus à mor
vi, natura ſuperatur. 3. Si declinan
morbo, vitalis vigor ſolvatur, qu
tamen è numero raro contingentiu
habetur.

*Pulſus cō-plexionum.*

Sanguine qui abundant, Pulſus h
bēt validos & magnos, Fortes, plen
ſimiles lætis, cùm ſanguis lætitiā pr
creet, & quia per univerſum corp
calor diffunditur, plus etiam for
eius motus fertur, unde maior fit m
ritò pulſus.

Bilioſorum pulſus velox, frequen
durus, altus, ob bilis efferveſcentia
unde iracundiores reliquis.

Melancolicorum pulſus, parvu
tardus, rarus, quod triſtitia, quâ tal
afficiuntur, refrigerat & calorem i
trò concitat.

Pituitoſorum, parvus, tardus, rar
& mollis.

Vrin

Vrinarum quoq; in communi ſecundum inveſtigatas complexiones ex coloribus ſunt ſequentes.

Sanguineorum, quantitate copioſior, colore & ſubſtantia mediocris, contentumq; in ea paulò copioſius.

Bilioſorum, Flammea, ſedimento pauco.

Melancolicorum, copioſa, tenuis, alba, & ſi aliquid melancoliæ ſimul effluat, erit craſſa, livida, nigra.

Pituitoſorum alba aut pallida, nunc tenuis, nunc craſſa, turbida. Condonandum tamen etiam aliquid Hipp. ſuaſu, Regioni, ætati, loco, conſuetudini. Hunc campum conjecturarum cutis color in genere aperuit, nunc ad ſpecialiores mutationes transgredientes.

## CAPUT. II.
## DE ALPHO.

EXcedens in univerſa cute color, quisquis ſit, hominem dehoneſtat, ſuccumq; vitioſum, nimis abundantem, ad Exteriora depulſum notificat, medicamq; opem implorat, quod ſi levioris mo-

menti habetur, tacitè magis à bonitate declinans, sæveriorem infligit maculam, cuius Alphus argumento sit, ἀπὸ τοῦ ἀλφεῖν, Immutare dictus, Lat. Vitiligo, Arabibus Morphea, maculosa scilicet summæ cutis colore albo, sed non continua, ferèque subaspera & inæqualis quædam defœdatio, summam cutim duntaxat & superficietenus, quibusdam albis maculis, tanquam guttis superaspergens, iisque non continuis, nec cohærentibus sed loco distinctis ac dispersis, licet quoque latius interdum, sed cum quibusdam intercisionibus, quæ serpere solet.

*Alphus*

*Vitiligo*

*Morphea*

Vnnatürlich Flecken der Haut, so weiß seim.

Causa proxima huius mali, sunt vitiosi succi, qui ex universo corpore & partibus præstantioribus ad cutim transmissi vel etiam in ipsa cute progenerati, proprio aliquo vitio laborante, utpote intemperies, vel alia quavis affectione ibi congesti ac cumulati & corrupti. Alphi verò humor, peccans est pituita, lenta ac viscosa, quam expultrix facultas imbecillior universam in cutim propellere nequit, & caro, per multum tem-

tempus ea, cùm nutrire atque ab hoc ipſo alimento, pituitoſo, craſſo & lento, partis affectæ, nativa temperies immutata cùm non poſſit amplius, delatum ad ſe nutrimentum probum etiam, in propriam naturam ac rubedinem transmutare nequeat, præſertim influente ſubinde, novo pituitoſo ſucco, qui ſi tenerior & facultas expultrix validior, Alphum generari accidit.

*Diagnoſtica.* Locus, quoniam obvius, cutis ſcilicet exterior, Ipſe color Maculæque albæ ſat detegunt, ulterioribus ſignis opus ut non eſt.

*Prognoſtica.* Licet autem ſenſibiliter corpus non afficiat, ſed defædatio ſolum modò ſit cutis, altiores tamen radices ſi agat, in deterius vergit, & tandem ipſam Lepram inducit.

Pituita in Exterioribus facilè cùm diſcutiatur criſin quoq; habet levem, quæ ex alteratione cutis animadvertitur, & potius ſolutio, quàm criſis nuncupanda: ad veram enim criſin certamen morbi & naturæ re- *Mercatus*

 quiri-

quiritur, quod in parvis affectionibus non est: sin tenacior sit crisin etiam habet difficiliorem.

*L. 3. part. 3. class. 4. quæst. 195.*

*Pulsus & urina.* Pulsum superius pituitosorum parvum diximus & urinam albam, si videlicet interiora sint infecta; Exteriora verò hîc affecta, parùm aut penè nihil in pulsu & urina variant à naturali & mediocri sanitatis statu.

*Curatio. Diæta* Curationi huius mali conducit aër calidior, qui suffumigationibus ex lignis odoriferis, iuniperino præsertim præparetur, aut pulvere, aut trochise, ex Mastic. thur. galang. &c compositis. Cibi sint ad caliditatem declinantes, potus sit vinum generosius, in quo Rad. Ir. caryoph. Zinzib. galang. Item herb. Maior. aneth. chamædr. Epith. fumar. Rut. Sen. &c macerentur. vitanda quies nimia, u & somnus pituitæ propagator.

Ex pharmacorum numero in genere phlegmagoga conducunt, qualia sunt, diaphænic. Ind. Maius. Hiercum agar. Hier. diacoloc. &c. ex quibus parentur, vel boli vel pillul. ve potiones vel seq. ℞ Rad. asar. ℥j fænic. ℥ij. cich. ℥iij. Herb. Epith. scab

Lupu

Lupul. fumar. an. M. j. fol. ſen. ℥ß. Agaric. albiſſ. ʒjß decoq. in vaſe duplici in ℔ jß. aq. font. fact. expreſſ. ℞ colat ℥ijß ſyr. diacarth. ℥ß de cich. cum Rhab. ℥j. El. Ind. ʒß. Aq. ſcabios fumar. an ʒj. f. potio: vel ex iiſdem & ſimilibus, paretur Nodulus. Facta evacuatione detur ſeq. ſudoriferū, quod ℞ pulv. Rad. aſar. cyclam. an. ℈j card. bened. ℈ij. Aq. cuſc. fum. ſcab. card. bened. an. ℥j f. potio. Item poterit ʒj cyclam. cum vino propinari. Stupha ſicca, ſi plus arriſerit. ℞ Herb. orig. menth. Rut. Epith. ſcab. anchus Eruc. urtic. an. M. ij Rad. pyrethr. ℥j coquātur in aq. font. ℔. XVIII. quorum vapor in ſtupha recipiatur, facta linteolis mundis deterſione, ſeq. ung. locus affectus inungatur ℞ ſulph. aloës, arſen. tart. maſtic. olyb. cym. an. ʒj. Axung. veter. q. s. ol. Laur. ℥ß terebinth. Iunip. an. ℈iiij. f. linim. Conducunt & frictiones aſperis linteis reiteratæ. Corroborationis loco tab. vel trag. ex ſpec. diamarg. cal. diarrh. diatriaſant. diagalang. diair. dianis. diacapp. diacim. diacal. poterunt adminiſtrari. Maximè quoq; cōmendatur El.

Chirurgia.

vitæ Wecker. in Antid. Special. p. 781.

## Caput III.

## De Leuce.

Ultra cutem si carnem quoque vitiatus color corripiat & mutet, non levem corruptionem humorumque viscositatem, sed & affectorum locorum debilitatem demonstrat: Cum affectu verò graviore, gravius quoque sortitur Nomen, nec Alphus amplius, sed Leuce nuncupatur, ab albo colore mutuatum; Avic. Alguasen, Albaras, Manardo Vernicata, cõmunem cum Alpho generationem habens.

*Nomen.*

*Avic. can. de Med. L. 2. tr. 6, 26. Fen 2. prim. c. 8. Doctr. 1. c. 19. sum. 1. Manard. Epist. L. 7. Epistola. 2. p. 51.*

Ad dignoscendum autem duo potissimum occurrunt signorum genera, quorum primum à pilis desumptum Leucen prodit, non enim cutis solummodò, ut in alpho, albedine excedente tingitur, sed unâ cum cute & pili canescunt; ab humiditate cruda, quam nativus calor non concoquit, cui Aristot. 5. de gen. an. c. 4. imbecillitatem caloris seu putredinem excre-

*Diagnostica 1. Pili cani*

excrementitiorum humorũ, ex quibus pili generantur annumerat, huic eidem ſententiæ ſubſcribit Gal. 2. de temp. c. 5. inquiens, quibus ad ſummam ſuccitatem cutis non pervenerit imbecilli his omninò albique pili fiunt, quos vulgò canos vocant: Imbecilli quidem, convenientis alimenti penuria; albi verò propterea, quòd alimentum quo aluntur, velut ſitus eſt pituitæ, quæ ſpatio computruit. Inde ſecundum emergit ſignum, quo animadvertitur, perfrictione, cutem non ſolum non rubeſcere, ſed & acu punctam, aquoſam duntaxat ſaniem exire putredinis ſignum evidens.

*2. Aquoſa ſanies.*

Ponderatis nunc recenſitis, de prognoſi certus reddi quis facilè poterit. 1. In provectioribus ætate, malum hoc vix aut difficilius auferri. 2. ad pilorũ mutationem & locorum piloſorum, nuditas ſi acceſſerit, incurabile malũ proclamandum.

*Prognoſtica*

*1. In ſenioribus difficile*

*2. In defluvio in curabile.*

Inde cum mala cõcoctione, ob frigiditatem criſin communem obtinet cum affectib⁹ frigidis, tardam ſcilicet lentamq; , nauſeâ, horrore refertam.

Pulſum eiuſmodi habent Gal. teſte

*Pulſus &*

*Vrina.* tum tardum, tum parvum ac rarum, L.12. Meth. Vrinam aquoſam, propter jecoris obſtructionem & coctionis imbecillitatem.

*Curatio.* In curatione repetenda, quæ de alpho dicta, niſi quòd omnia ſint accuratiora, in cibo tamen ſalſamenti loco ſinapi frequenter uſurpetur ut & *Diæta.* piperitis vulgò Leberkraut/ acorus cõditus, Zinziber conditum: cõducunt quoque ſem. cardomom. fænic. cum. pro potu confert decoctũ ligni ſanct. ſaſſafr. cum herbis calefacientibus, inter quas Aſari Radix, abrot. caſſ. lign. helen. junip. gram. menth. puleg, Ruta hortens. Maior, &c. Motus ſit frequentior, vigiliisque operam navet, ſommumq; decurtet; inter animi pathemata Ira commendaretur.

*Interna 1. Apozema præparãs.* Dictam diætam non ſine ſucceſſu ſequitur ſeq. apozema, quòd ℞ Herb. fumar. calaminth. chamædr. orig. epith. Menth. ſalv. an. M. ij. Rad. enul. petros. veratr. alb. & nigr. an. ʒij. fol. ſen. ℥jß. Agar. troch. ℥ß. cinam. ʒj. coq. in aq. font. ℔. ij ad conſumpt. 3. part. facta colat. adde Syr. de cich. ſimpl. ℥j. de Eupat. ℥ij. de fumar. ℥jß.

Miſc.

lisc. de quo tribus diebus invicem q. singulo mane calidè exhibeantur iiii. per tres horas jejunando. Hoc pozemate hausto tradatur evacuans otio talis, quæ ℞ El. Hier. diacol. ℥i. onf. Hamech ℥ii. Syr. diaser. ℥ß. diaen. ℥ißs. Aq. fum. scabios. Lepidii an. nc. semis. f. potio una vice sumenda. Evacuato corpore seq. præstat sudoriferum ℞ aq. Guaiac. destill. unc. iij. ard. bened. unc. ij. fumar. unc. j per horam sudando in lecto, interpolatis diebus modò sudoriferũ, modò purgans administrando. Corroborationis loco poterunt exhiberi ex seq. parati vel orbiculi vel morselli, vel Aq. vel Elect. vel trag. ℞ spec. diarrh. diamarg. calid. Ros. novell. diagalang. arom. ros. diacimin. an. q. libel. cum saccar. dissol. f. dictæ formæ, vel cum syr. de Eupat. fumar. acetos. cich. &c. parentur electuaria.

*2. Purgans*

*3. Sudoriferum.*

*4. Corroborantia.*

Inter externa primatum obtinent frictiones pannis asperis & calidis reiteratæ, sic enim calor internus revocatur ad exteriora, & sanguis ad locum dolentem confertim fluere solitus, etiam cuti colorem communica-

*Chirurgia.*

bit, præſertim quando ſandaracâ tri-
tâ, nucumque juglandium viridis, te-
ſta adiecta, cum aceto ſimul contuſa
probeq; miſta, loco prius deterſo, ad
ſolem vel focum, patiens illiniatur:
hoc medium, acre ſi videatur nimis
panis adiectus acredinem mulcebit:
viribus huic ſimile quoque hoc eſt
quod ℞ ſem. cardamon. unc. ſemis
atrament. ſut. ʒjß. ſulph. viv. ʒiiij. a-
lum. rot. & ſciſſ. an. drach. iij. cum
aceto terantur omnia diligenter, lo-
coq; ex nitro & aceto præfricto, in ſo-
le vel foco, vel lecto, æger illiniatur.
Hæc & ſimilia pharmaca acriora, cru-
ſtas excoriatione ſi induxerint ſeq.
adminiſtretur exiccans. ℞ flor. mal.
pun. drach. iiii. ſpum. nitr. drach. ii. ſe-
mis. alcyon drach. i. ſemis. ſulph. viv.
drach. i. cum aceto f. lin. Parari quoq;
*Balneum.* poterunt Balnea ſeq. modo. ℞. Herb.
Marrub. chelid. puleg. Lanar. orig.
aneth. chamædr. Epith. Hyſſop. an. M.
iiii. Rad. aſar. unc. ii. titym. unc. iii. pe-
tros. unc. iiii. Inciſa craſſè coq. in 5. q.
aq. font. qua lavetur patiens per horas
duas: conſimilia videantur in Antid.
Weck. L. 2. p. 608. 609. & 610. abſterſo

poſt-

[p]ostmodū corpore illinatur seq. ung.
[R]ec. ol. iunip. philos. sulph. per cam-
[p]an. facti Laur. an. unc. i. semis. ping.
[c]ati Sylv. drach. iii. pulv. baccar. Laur.
[d]rach. ii. ceræ q. s. f. ung.

## CAPUT. IV.

## DE PALLORE.

Blaichsucht Farbsucht Gechend.

MElior conditio pallentiū est, licet & ipsi vivido & naturali colore depraventur: eorum autem triplex vel quadruplex habetur ordo. 1. Amantibus ascribi[t]ur, siquidem omnis amans pallet 2. [I]nvidorum proprius. 3. Et Iracundis quandoq; accidit, affectibus autem remotis & ipse color redit vividus. De quarto ordine, Fœminis & virginibus quibusdam proprio, potissimū, noster nunc sermo erit, unde virgineus etiam morbus vocatur, nec non & Amatoria febris, seu febris alba, coloris ratione, quam & Hipp. 6. Epid. Sect. 7. L. 6. τμήματς observans, Rubras, præpallidas, lividas &c recenset. Febris dicta, quòd specimen febrientium præ se ferat, nimirum debilitatem & pulsus celerita-

*Virgineus Morbus.*

tem

tem & frequentiam, non ob caloris augmentum, ſed ob ventilationis defectum: Amatoria, quia amabilibus virginibus ac pulchrioribus, ut plurimum accidit. More Icteritiæ quoniam corpus fœdat, non abſonè Icteritia alba vocari poſſet. Nam qua ratione atro vel flavo humore redundantibus flavus & niger fit, ita crudo & pituitoſo humore exuberante, albus naſcitur Icterus. Qui nihil aliud eſt, quàm in virginibus & viduis, nec non ſterilibus, vaſorum circa uterum, obſtructio, colorem præternaturam albicantem inducens, ob quam, humores ad venas maiores regurgitantes, univerſum ſanguinem vitiant, ac frigidiorem reddunt.

*Definitio.*

*Cauſæ.*

Dictam obſtructionem inducunt, ſanguinis, vel multitudo vel craſſities, maximè autem craſſities, lentor, frigiditas & viſciditas, à comeſtione rerum pravarum, ut terræ, teſtæ, carbonum, gypſi, ceræ, cretæ, ſalis & ſimiliũ ut & ſuppreſſi & improſperè purgati menſes.

*Diagnoſtica.*

Præter colorem album, dictum morbum retegunt, palpebrarum & malleo-

malleolorum tumor, hypochondriorum rugitus, crebra respiratio, cordis palpitatio cibi fastidium, adversorum appetentia, difficilis respiratio, cùm nimium saltant, aut acclivem locum ascendunt, corporis totius gravitas, mensium suppressio.

*Prognostica.* Ex maritatis steriles difficiliùs, virgines promptius liberantur: difficillimè curantur Liene simul quoq; affecto, nigrum enim in Icterum aut delirium degenerat.

*Pulsus.* Ob venam cavam & arteriam magnam sanguine crasso & flatuoso spiritu ac vapore refertam, pulsus excitatur tremens, interceptus rarus, nec non temporum, arteriarum & dorsalium pulsatio vehemens.

*Vrina.* Vrinæ propter frigiditatem, æquosæ, albæ, discoloratæ & copiosæ, crassæ verò copiosos humores pituitosos indicant.

Bonam crisin futuram, Symptomatum supra enumeratorum remissio cum signis coctionis bonæ in urina, declarat, malam verò eorundem incrementũ, quod plerunque Cachexiâ,

Hydrope

Hydrope, ulceribus, vel cancro etiam finitur.

*Curatio. Diæta.*

Prodest huic morbo aër calidior & humidior, cibus itidem attenuans & aperiens, constans pane optimo fermentato & condito cumino & aniso; carne avicularum montanarum aut lactantium animalium, sorbitionibus ex petroselino, pulegio, satureia, serpillo, asparago, cum aromatibus; illa enim omnia deobstruunt: In primis commendatur jus cicerum rubrorum cum multo croco ac petroselino. Potus esto vinum album, tenue, ætate medium, vel aqua cocta cum cinamomo, cortic. citri, coriandr. vel sassafr. Exercitium & somnus sint moderata.

*Diagnostica obstructi jecoris.*

Variant pharmaca interna, variatione causarum: si enim ex jecoris obstructione, quam detegit, dolor sub mammilla, & in dextro hypochondrio, humeros, claviculamque pertingens, vomitus biliosus, difficilisque respiratio præsertim, quando in sinistrum latus fiat decubitus; tum seq. prosunt. ℞. cass. Extr. drach. X. Syr. ros. sol. unc. j. semis. decoct. sen. unc. iiij.

unc. iiij. vel porrige, Mannæ ℥iij. cum
seri caprini unc. iiij. Inſcindet humo-
rum viſciditatem etiam mirificè ſeq.
Rec. Rad. rumic. acor. aſar. apii,
caſſ. lign. an. unc. ſemis. ſem. vitic.
dauc. lupin. cicer. an. drach. ſemis.
flor. ſtæch. junc. odor. cent. an. p. j.
fol. abſynth. Hyſſop an. M. j. coq. in
s. q. aq. font. ad ℔. i. adde colat. Mel-
lis & ſaccar. unc. ij. ſemis. f. apozem.
pro. iij. dos.

*Diagnoestica obstructi Lienis.*

Lien ſi peccaverit, quod animad-
vertes ex oblongo tumore ſiniſtri la-
teris, dolore eiuſdem partis, ſiniſtrum
humerum pertingente, difficultate
reſpirationis, fætido anhelitu, alvo
adſtricta, corpore emaciato, triſti-
tia, ſudore nocturno, rugitu & flu-
ctuatione in latere ſiniſtro; hoc ad-
miniſtrabis: Rec. conf. Hamech. ʒj.
El. diaſen. ʒij. Syr. de ſcolopendr. ſe-
cundum deſcript. Wecker. Antid.
Spec. p. 492. unc. j. Syr. diamic. ℥iß.
Aq. cuſcut. fumar. an. unc. ſemis. aq.
cinam. ʒi. f. pot. præſtans quoque eſt
hoc melicratum. ℞ cortic. Rad. capp.
℥iiij. polypod. ℥ii. paſſul. ſine acinis
unc. j. prunor. n. X. f. decoctum ad
℔. ij.

℔ ij. facta colat. adde mellis unc. ii
Aut quod melius ℞ cortic. Rad. ca
par. tamarisc. an. unc. j. cortic. sali
unc. semis. sem. frig. maior. agn. cæt
an. unc. semis. fol. adianth. M. j. pru
no. XII. passul. sine acinis unc. f. d
coct. in s. q. aq. font. ad ℔. j. adde Sy
acetos. borag. de scolop. an. unc. i
ms. Et obiter notandum semper in
medicamentis pro liene addenda es
folia scolopendr. & cortic. cappar. i
iis verò, quæ pro iecore conficiuntu
absynt. & eupat. Quale enim secund
gradum, absynth. est iecori, tale e
Lieni cortex cappar. & quale est iecc
ri eupatorium, tale est spleni scolo
pendr.

*ἐυπόρισον in stepatic. & splen. observandum.*

Rugitus tollet seq. vinum purgan
℞. Turbeth. Rad. Mech. Agari
Rhab. an. ʒ i. fol. scolop. M. ß. cinam
asar. spic. an. ʒ semis. ex synd. rubr.
Nodulus qui infundatur in ℔ ij. vin
albi tenuis in loco calido per hora
24. de quo sing. diebus manè capia
unc. v. facta maiori aut minori expre
sione, prout magis minusve fluidar
alvum habuerit patiens. Huic vino su
perveniens talis clyster conducet. ℞

*Rugitus seu murmur intestinorum.*

clyster

cap

cap. vervecis. Herb. cusc. Epith. fumar. scolop. an. M. j. sem. fenic. lini, fænugræc. an. ℥ij flor. genist. melilot. an. pij. coq. in aq. font. ℔. iij. ad remanent. ℔. j. & ℥ij. f. colat. adde ol. rin. rut. aneth. Laur. an. ℥jß. salis com. ʒi. f. clyst.

Obstructiones dictas tollit quoque venæ sectio facta primò in brachiis, postmodum in pede. In veterato tamen morbo præferendæ purgationes paulatinæ, non expectata perfecta cõcoctione, quam crassi humores non admittunt, & quò magis attenuati fuerint, quod ex crassiore & coloratiore cognoscitur urina, eò sæpius reiterandæ evacuationes. Non minoris efficaciæ sunt seqq. ℞. ol. Nard. amygd. amar. an. ℥ij. succ. apij ℥i. coq. ad succ. consumpt. adde spic. nard. squinant. asar. an. ʒj. sem. apii. petrosel. cyper. ros. an. ℈ij. aceti parum, cer. q. s. f. linim. vel ℞. succ. apij petrosel. fænic. senecion. cich. an. unc. j. acet. ʒij. ol. cappar. unc. iij. scorp. unc. semis. absynth. ℥iß. bulliant ad consumpt. succ. adde santal. omnium, spic. an. ʒß. cer. q. s. f. ungt. Lienis obstructioni suc-

*Cheirurgia.*

currit hoc Emplaſtr. Rec. Rad. lilij, malv. branc. urſin. ſcyll. an. unc. j. coquantur in vino albo, contundantur & adde ol. rut. capp. an. ℥ii dialtheæ unc. j. ſemis. Galb. acet. diſſol. unc. i. cer. q. ſ. f. Emplr. Maximè conducunt Acidulæ Griesbacenſes, & Teinacenſes, obſtructiones & jecoris & Lienis deobſtruentes, præparato tamen prius corpore obſervataq; recta adminiſtratione.

Ad cachexias, viſcerum obſtructiones, icterum quantum utilitatis conferat ſalis ſpiritus vel ſimplex vel compoſitus, conſulatur Pantheũ Hygiaſt. Deodati. L. 2. c. 1. Crollius in Baſil. chym. c. 4. p. 151. & 152. Paracelſus de rebus natural c. 4. mihi p. 1035. & ſeqq. Elixir proprietatis quoniam tenuium partium, ſecundum Crollium, omnes tàm calidas quàm frigidas infirmitates, occulta quadã proprietate curat. Non etiam ſpernenda veniunt medicamenta, quæ Paracelſus refert Paragraph. L. XI. de Elixiridum curatione, liquore orizeo, quem deſcribit de vita Longa L. 3. c. 3. mihi pag. 849. Arbore maris id eſt corall. rubr. ut & Medica-

licamine temperato quod vocat & componitur ex granis Actes: quibus tàm pallori quàm Ictericis utrisq; malis poterit succurri: plura petantur Icterica remedia chymica ex Deodato. Lib. 3. c. 25. p. 168.

## CAPUT V.

## DE LENTIGINE ET RELIQUIS MACULIS.

PRæter enumeratos excessus coloris albi, oriuntur quandoque etiam in cute, maculæ versicolores aliæ, variis etiam insignitæ nominibus, quorum è numero, Lentigines, Lentes, quod referunt, dictæ, græcis φακος, aliis furfures, vulgò, Roßmucken/ Kiesel/ Sprossen oder Honigmal. Sunt autem maculæ Lentis magnitudine, modo faciem, modò pectus, modò manus defœdantes ut plurimum fusco colore præditæ.

Lentigine φακος Roßmucken/ Kiesel/ Sprossen Honigmal.

Oriuntur vel ex solis interdum ardore atq; exustione, & tùm ἐφέλιδες, à Celso & Manardo dicuntur, vel ex sanguinis fervore, unde rubescentes quales in variolis (secundum

Kindtsflecken Rotsucht Röt Masecken Masern ἐξανθήματα Fuchs. lib. 5. Meth. Med. c. 9. Algidra. Alhasba. Petechiæ Sennertus L. 4. c. 11. d. febr. petech.

Tuchsium die Kindtsflecken/Rotsucht oder Rötmasellen Belgis, quibus masern, Rhasis, ἐξανθήματα Alsaharabiu Algidra & Alhasba nominant) & febribus pestilentialibus, petechiæ tun dictæ, symptoma singulare, pestis. Differunt autem à Lentigine, ut, Nobiliss. & Celebratiss. D. D. Sennertu Præceptor meus æviternùm colendissimus, tradit, figura, magnitudine & febre. Petechiæ enim habent coniunctam febrem, quæ ab aliis plerisque maculis abest. Nec elatæ, longæ ve magnæ sunt, sed rotundæ & pulicum morsibus rectissimè comparantur hinc Foresto Pulicare symptoma. Ne tamen pulicum morsus, pro petechiis habeantur, notandum quòd in pulicum morsibus, in medio tanquam punctum quoddam morsus vestigii inest, quodque compressione non delitescit, etiam reliquo rubore circumquaque evanescente. Petechiæ verò si digito comprimantur, evanescunt quidem, sed redeunt & nullum puncturæ vestigium in medio conspicitur. Præterea petechiæ, in brachiis, cruribus, pectore, & copiosius ac fre-

Forest. L. 1. obs. 18. sect. 1.

Differentia petechiarum à pulicum morsibus.

quen-

[f]quentius in dorſo apparent, non au-[t]em in facie. Erumpunt nimirum in [p]artibus, per quas inſigniores arteriæ [a]c venæ tranſeunt: In facie verò rarò [a]pparent; cùm hæc pars, ſemper ex-[t]erno aëri obvia ſit, & ab aëris am-[b]ientis frigiditate materia facilè re-[p]ellatur: ſicut videmus & in brachiis [i]n parte illa, quæ lecto applicatur, & [e]ius calore fovetur, eas conſpici, in [p]arte verò reliqua, aëri externo ob-[v]ia, deliteſcere. Et ſi apparent in fa-cie, cùm non niſi ex maxima copia materiæ provenire poſſint, ſine peri-culo eſſe non ſolet.

*Petechiarum differentia colorum ratione.*

Differunt etiam petechiæ inter ſe colore. Nam prout hic vel ille humor peccat in corpore, ita etiam huius vel illius coloris maculæ in cute appa-rent: Etenim ſi ſanguis aliàs bonus ac temperatus putredinem concipiat, & à ſtatu naturali recedat, rubræ ap-parent maculæ, quæ omnium tutiſſi-mæ ſunt. Si autem bilis prædomine-tur & malignam putredinem conci-piat; maculæ flavæ & virides erum-punt, quæ iam deterioris conditionis ſunt. Si denique melancolia vel hu-

mor ater & aduſtus putreſcit, puniceæ & nigræ maculæ apparent, quæ omnium deterrimæ ſunt. Foreſto ſect. 1. obſ. 41. Pfefferkorn dictæ.

*Pfefferkorn.*

*Petechiarum differentia, quantitatis & eruptionis ratione.*

Differunt & quantitate. Aliàs enim copioſius, aliàs parciùs erumpunt: aliæ ſunt maiores, aliæ minores: aliæ mox in principio erumpunt, aliæ procedēte morbo efloreſcunt: aliæ ſymptomaticè, aliæ criticè erumpunt.

*Diagnoſtica.*

*Prognoſtica.*

Reliquarum macularum in facie erumpentium, quædam etiam hyberno tempore, ultrò delentur, æſtivo tamen revireſcunt.

Propriè nominatæ Lentigines, ſine gravioribus indagationibus patent, nec quicquam aliud, quàm diuturniorem moram, ſub ſole, vel humorum in corpore motum indicant, ut & reliqua interiora viſcera imperturbata relinquunt.

*Pulſus & urina.*

Hinc nec pulſus nec urina perturbantur. Quædam harum criticæ ſunt expulſiones, quædam verò nihil judicant. Vnde Celſus L. 6. c. 5. penè ineptias ait eſſe curare Lentigines, ſed eripi fæminis, cura cultus ſui, cùm non poſſit à ſole contractas curare ſi

*Curatio.*

quis

quis voluerit, præmiſſis univerſalibus iridis radice cum albo veratro in tenuiſſimum pollinem redactis & duabus mellis partibus exceptis, illitæ, facilimè curantur: vel laventur aqua è flor. ſambuc. fabar. vel illinantur ſcabioſæ ſucc. additâ chryſocollâ, ſive borace & camphor. modicum. Reliquum cumulum medicamentorum vide apud Aët. tetrab. 2. ſerm. 4. c. XI. nec non Rondel. tract. de fucis p. 1266. Crollius commendat Spirit. tart. ſingulare hoc eſt, quando vaccinum, hirc. & caprin. fel cum vitri pulvere immiſcentur & facies illinitur, eam maximè purgat & venuſtat. Draconteæ quoque ſuccus maculas omnes emendat. Refert etiam Hipp. ſect. 5. L. 2. de morb. mul. Hepar. tauri cum oleo trito illitum, faciem mundare, quin & ptiſanæ cremorem, lupinorum & orobi farinam cum ficubus cataplaſmatis modo impoſitam, idem præſtare. Conſulatur & Weckerus L. 3. Antid. Spec. p. 1161. Viribus inſigne probatum ſeq. quod Rec. Lact. caprin. Aq. lilior. convall. Rad. Bryon. Aq.

 rapar.

rapar. aaron. virid. ſigell. ſalom. an. ℥ij. macerentur per dies 8. f. deſtill. per M. 8. cui addi poterit parùm olei tartari: ante cujus uſum f. ablutio faciei cum aqua tepida. Non minoris efficaciæ perhibetur Gummi ceraſorum dissolutum in aceto forti cum pauxillo farinæ avenaceæ. Hæc eadem recenſita medicamenta proſunt quoq; iis, à Solis ardore cutem faciei, manuum pectorisque nudati colore fuſcam, qui contraxêre, vulgò **der Sonnenbrand oder ſchwärtze von der Sonnen.**

*Sonnenbrand ſchwartze von der Sonn.*

*ἐφῆλις gravidarum Kinderfleck.*

ἐφήλιδος nomen à Divo Hipp. L. de his, quæ uterum non gerunt Sect. 5. Imponitur quoque maculis, Gravidis, modò in fronte, modò in temporibus, modò in genis erumpentibus vulgò **die Kinderflecken** / genus diverſum à variolis colore citrino & fuſco, quem ſupra c. 1. Brunum diximus.

*Diagnoſtica.*

Dignoſcitur à ſolis maculis, ſymptomatibus gravidis peculiaribus, potiſſimum verò tales vinum odio habent & cibos averſantur, oris ventriculi morſu torquentur, & os frequenti ſalivatione redundat, quibus Herlicius

ius in curationibus gravidarũ, quæ-
lam doloris in fronte adijcit, cum
luribus aliis accidentiis, quæ inde
eti possunt c. 3.

*Prognostica.*

Prognosin Hipp. citato loco pro-
lamat de fæmella concepta, sic in-
quiens: Quæ uterum gerentes macu-
am in facie veluti ex solis adustione
ἐφῆλιν vocant) habent, fæmellam
gestant: quæ verò benè coloratæ ma-
nent, Marem plerunque.

*Pulsus.*

Pulsus tales habent Magnos & al-
tos, quos Galenus L. 2. d. causis puls.
ita describit: si comperiamus bene
auctam altitudinem motus, nec mul-
tum latitudinem, sed omninò parum
vel nihil prorsus, rectè vocamus eos
pulsus altos. Quod si manifestum ac-
cedat incrementum, latitudini, Ma-
gnos simul & altos vocamus, sin om-
ninò obscurum, altos tantum: si am-
bo increverint, altitudo & latitudo,
sed non multum latitudinem vincat
altitudo, hos vocamus Magnos tan-
tum.

*Alti pulsus qui dicãtur pulsus. Magni & alti simul qui vocentur. Magni simpliciter pulsus qui nominentur.*

Vrina mulierum Ephelide infecta-
rum & gravidarum est dubia de qua
& omni οὐρομαντίᾳ Sigismundus Kol-

reutter Philoſ. & Medic. Doctor. Au-
læ Saxonicæ Coburgi Medicus olim
ordinarius inter plura c. 3. quærulus
ſic declamat: Es ſeind leyder wol etli-
che ſonſt gelehrte Aerzte / welche in jh-
ren Büchern die Tyrones Medicinæ
dahin leyten / wie ſie den Leuten auß den
Waſſern eins her liegen ſollen / damit ſie
vmb das Gelt betrogen werden / vnn
nicht wiſſen / wann ſie vom Doctor ge-
hen / obs gehawen oder geſtochen / was er
jhnen geſagt hat. Fromme / ehrliche / auff-
richtige vnd gelehrte Aerzte / werden all-
das jenige ſtehts fürnemmen / welches
zu Nutz / Ruhm vnd auffnemmen dieſer
edlen Kunſt / jhnen ſelbſt vnd deß Kran-
cken gedeyen gereichen mag. Wir ha-
ben wol loſe Buben vnd Bübinnen in
vnſern Landen / auch auſſerhalb derſel-
ben / erfahren vnnd geſehen / welche den
Leuten dinge / ſo vor ettlich Jahren ge-
ſchehen / auß den Waſſern haben ſagen
können / wann ichs oder ein anderer
thäte / würden wir für Zauberer vnnd
Schwartz-Künſtler geachtet / thäte vns
auch recht / ſolten auch denſelben gleiche
ſtraffe leyden / der Teuffel kan wol ein
weil ſein Spiel haben / doch entblöſſet

vnd

vnnd machet er seine Diener letztlich hie vnnd dort ewiglich zuschanden/ spottet nachmahls jhrer selbst/ ist billich/ dann deß Herr/ so einer dienet/ pflegt jhme auch zu Lohnen/ treibt gemeiniglich sein Wesen mit denen Dingen/ von welchen daß Volck am meisten/ auß einem falschen Wohne/ hält/ vnd so grossen Anhang haben/ wann ich mich nicht schämet/ wolte ich Bossen/ so von jhr ettlichen erdacht sein worden/ erzehlen/ nur daß die Leute dencken sollen/ sie können so wol daß Wasser besehen/ welche gantz Vnerbar vnd Schandhaffte sein/ köndte man was gewiß darinnen sehen/ auß rechtem vnd wahrem Grunde/ dörffte man nicht andere schlimme Händel vnd Betriegerey/ welche weit von Warheit vnd Ehrliebenden Leuten sein sollen/ suchen vnd vornemmen.

Etliche sein der Kunst gar gewiß/ vnd wöllen ex urinis sagen ob ein Weib schwer gehe oder nicht/ habens ex Avicenna secunda primi tractat. 3. sum. 2. cap. 10. vnnd 21. 3. tract. c. 1. Da er secundum tempora gestationis uteri, auch varias & differentes urinas setzet/ sage wider diese/ was der Hochgelehrte Mann

Mann Bernhardinus Paternus Salo-
nensis Professor, damals zu Pisa in
Italia/ mein gar trewer vnd lieber Præ-
ceptor, von denselben pflegt zu sagen/
das gemeiniglich die / so darauff sich
fleissen / am meisten betrogen werden/
dann er selbst ( wie er dann ein fleissiger
vnnd alter erfahrner Mann war ) nie
bey keinem schwangern Weib solche
Wasser / wie Avicenna setzt / gesehen
hatte/ aber dergleichen wol/ hat er gese-
hen bey andern Personen/so nit schwan-
ger gewesen/ auch Mannen.

Hie wolte ich derselben einen fra-
„ gen/ob nur ein Wasser allein die gantze
„ Zeit vber/ weil ein Weib schwer gehet/
„ etwan auff ein gewisse Zeit gefangen/
„ seye/ welches vns das schwer gehen an-
„ zeiget/ oder thuts ein jedes so die gantze
„ Zeit vber gelassen werden. Ich habs mit
„ fleiß observiret vnnd gesehen/ daß sich
„ die Wasser der schwangern Weiber/
„ fast alle Tag endern / vnd kein Bestand
bey jhnē ist/gleich wie bey andern Men-
schen. Wann nun das Wasser solte an-
zeigen/ ob sie schwer giengen/ müßten
alle jhre Wasser dieweil sie schwanger/
einander gleich sein. Wann einer spre-
che,

he/ es sey nur eins/ so sag er mir wann
ll dasselbe gefangen werden/ oder wañ
ach der Zeit vnterscheid. Dieweil/ wie
Avicenna will/ ein Weib schwer gehet/
uch vnterschiedliche Wasser gesehen
werden / soll ein Medicus es errahten/
der sie jhme alle bringen lassen/ würdt
r eines scharpffen Verstandes sein/ vnd
viel Müh auff sich laden müssen.

Ich achte aber es seyen nur figmen- „
a, daß halte ich für das beste Iudicium „
urinarum gravidarum, wann sie blei- „
ben/ als wie sie waren/ eh sie schwer gien- „
gen. Dann warumb wolten sie sich so „
fast ändern/ weil schwer gehen ein na- „
türlich Ding ist/ vnd keine Kranckheit/ „
sein sie nun denen gleich/ welche man in „
der Gesundheit/ oder ehe sie schwer gien- „
gen/ bey jhnen sahe/ so werden wir auch/ „
nichts anders darauß sagen köñen/ dann „
daß sie Gesund sein/ dieweil sie kein zei-
chen deß schwer gehens mit sich bringen.

O jhr lieben Herrn Doctores eins
theils dencket doch dem Handel ein we-
nig nach/ was wöllen wir auff die letzte
vns selber vnnd der heiligen Kunst/ für
einen Schandfleck anhengen/ ist es an-
ders nicht schon geschehen/ dann es mit
dem

dem Mißbrauch deß Wasser besehens nun fast auffs höchste kommen.

Du Höchster/Wahrer/Trewer/Keuscher Gott/ laß unsere Gewissen/ durch die verblümbten vnnd Weltweisen gezierten Laster nicht verführet werden. Hæc ille in libro cui Titulus, võ Rechten vnd in der Artzney nutzlichẽ gebrauchen deß Harn oder Wasser besehens impressus Norib. per Theod. Gerlach. Anno 1574. huc ob Inveteratum abusum cõmonefactionis ratione translata, occasione macularum in gravidis efflorescentium.

ἐφέλιδες autem, quibusdam citò solvuntur & delentur, quibusdam ad partum usque durant, quibusdam etiam post partum remanent. Curationem secundum gravidarũ Regulas inchoabimus. Externorum quædam recensita proderunt, arridet aliis detersio cum secundinis calentibus facta.

Curatio.

## Caput VI.
## De Macularum Reliquis Speciebus.

Consimilis est & illa macularum species, quæ palmæ interdum magnitudine, colore

sub-

obfuſco graſſari in corporis cute ſo-
t, & quibuſdam temporibus exori-
r & deſinit, nõnunquam etiam per-
anet, niſi medicamẽtis quibusdam
oleatur, à germanis die Leberflecken/ *Leberflecken.*
uòd ſubnigricante ſuo colore, hepar
l referant, vel ex eiuſdem qualitate
ræter naturam ſanguinem adurente,
igricantemq; colorem cuti inferen-
, cauſa fovens habeatur. Apud La-
nos nomine caret, niſi ad vividum
olorem relata, umbram, quam quaſi *Vmbram.*
efert, nominare velimus.

Cauſas rimaturus, jecoris in calidi- *Cauſa.*
ate exceſſum, ex colore Bruno accu-
bit, in curatione ergò ſcopos ad tẽ- *Curatio.*
eriem hepatis alterandam dirigẽdos,
efrigerando & corroborãdo, ſangui
emq; purificando, quem ad finem
eliciter aſſequendum præmiſſis præ-
nittendis conducet acidularum & ſe-
i caprini uſus, cum venæ ſectionibus
x ſuperius enarratis fucis, quibus ad-
iciunt quidam ol. tritici paratum
nodo amygdalarum, mixtum cum
ol. tartari vel paretur ſeq. Medium
Lac virginis dictum ab albedine.
Rec. Lytharg. argẽt. ℥iij. ſubtiliſſ. pul-
veriſati, acet. vin. opt. ℔ ß. optimè
mixta

mixta per ſaccum Lixivii Lineum di-
ſtillatum miſce cum aq. font. ℔. i. in
qua diſſoluta ſit ℥i. ſalis ceruſs. ℥iß. c
tritic. ℥ii. Præſtantiora quædã ſme-
mata vide apud Aët. tetrab. 2. ſerm.
4. c. 6.

Exoriuntur quoque ſæpè numero
maculæ recens natis infantulis, ſtatim
in ipſa conformatione, ut ſigna quæ-
dam alicuius rei ipſis inuſtæ, has ger-
mani noſtri die Mutter mähler nomi-
nant, Latini Nævos vertunt: Eſtque
ejuſmodi macularum genus, quod
nullo modo aboleri poteſt. Nam et
nonnunquam obſcurari accidit, tem-
pore tamen revireſcunt, aliàs quidem
circa illud tempus quo fraga aut ce-
raſa matureſcere ſolent, aliæ vindo-
miæ, aliæ quovis tempore, aliove cæ-
li ſtatu & conditione.

*Nævi Muttermähler.*

*Differentiæ.*

Harũ aliæ planæ ſunt & cuti æqua-
les, aliæ in tumorem extuberantes
verrucoſæ, aliæ villoſæ, nonnunquam
læves, aliæ lividæ, plerunque tamen
rubræ, & ex his, fragorum, ceraſorum
murium, vel aliarum rerum, aliarum-
que formarum, vel ſaltem particular
eorum repræſentantes, in facie ortæ

fuerint

uerint; ipſam ſæpe totam ſucceſſu emporis, magna deformitate occupant.

*Cauſæ.*

Hoc malum, ad dies vitæ quoniam corpori adhæret, ſat arduam cauſam ſubeſſe notat, quam, D. Iacobus Gen. o. ex naturæ ſecretioribus revelavit, ntentam & firmam gravidarum imaginationem, quæ vim ſuam in conceptum ſemen conferat, unde variegatis baculis (vernali tempore, dum maximè veneris deſiderio turgerent oves) objectis, variegatos quoque concepère fœtus; efficaciæ imaginationis in brutis evidens teſtimonium, cui aſſentitur, eademq; ex cauſa & hominibus evenire probat Fern. phyſ. L. 7. c. 12. Et cum illo Paræus. L. 24. c. 7. In hominibus autem multiplicis varietatis cauſam, cogitationum velocitatem, animiq; celeritatem idem Fernelius dicto loco ex Gal. de mot. muſc. lib. 2. proclamat: brutis enim animalibus, immobiles ſunt animi motus & ſimiles omnibus, ſingulisque in ſuo cuiq; genere.

*Diagnoſt.*

Signis ulterioribus opus non eſt, aſpectui cum pateant manifeſtè.

*Progno-stica.* In prima conformatione, quia e[...] ror commissus auferri nunquam au[...] vix potest.

*Pulsus & urina.* Actionem nullam cùm lædat prin[...] cipalem nullam quoq; alterationem [...] Pulsus & urinæ inducit.

Qualis imaginatio gravidæ fueri[...] species nævi declarabit, ut & tempu[...] aliquo modo notificabit, cerasa nam[...] que fraga & similia; ver: poma, pyra [...] æstatem: uvæ, autumnum notabun[...] animalia & reliqua, terrorem incu[...] sum manifestabunt.

*Curatio.* Licet hoc vitium incurabile habe[...] tur, experientia tamen compertum [...] habemus, calentibus adhuc secund[...] nis, detersos hosce Nævos, quando[...]

*Secundinæ cur nævos tollant.* disparuisse; nec caret hoc ratione: [...] enim sanguis, ex quo formatus fætu[...] eundem etiam repurgare valens est[...] maioris efficaciæ dicitur, quando de[...] tersio fiat clandestina, sine quæstion[...] cur fiat, ohn beschryhen/ cuius causam [...] aliis indagandam relinquo. Rubri [...] fuerint, & in tubercula elati, non mo[...] dò secundina abstergendi, sed etiam [...] litu frequenti sanguinis menstrui [...] tendum.

CAPUT

## CAPUT VII.

## DE MORPHEA NIGRA ET SUGGILLATIONE.

Aliquot nunc vidimus macularum colores, quibus sub finem adiicimus etiam Nigrũ, quem refert tertia vitiliginis species, unde μέλας dicta, quidam medicorum Morpheam nigram, quòd nigro sit colore, omnis aspredinis & excoriationis expers, summam duntaxat cutim sine omni dolore occupans, ex melancolico humore ortum ducens secundum Tagaultium L.1. de tumor. præt. nat. c. 2. Eius curatio eadem, quæ supra de alpho & Leuce recensita, in eo tantum varians, quòd medicamenta sint ad melancolicum humorem dirigenda hoc modo. Rec. veratr. Nigr. terr. cimol. an. ℥ij. in tenuiss. pollin. redact. & aceto vel aqua diluta, perfricto loco affecto illinantur, vel Rec. Helleb. alb. tenuiss. pulveris coq. in s. q. aceti ad medietatis consumptionem, fricentur eo maculæ, in balneo probè sudando.

μέλας seu Morphea nigra Avic. alguesceni.

Ad simile macularum genus refer-

ἐκχύμωσις. ἐκχύμωμα. Livor. Suggillatio gerunnen Blut/ blawe mähler.

tur quoq; illud cutis vitium, quod ἐκχύμωσις seu ἐκχύμωμα græcis dicitur: Lat. Livores & suggillata: Germ. gl- ferung deß Geblüts zwischen Fell vnnd Fleisch/ oder gerunnen Blut/ sive blaw mähler/ quorum sunt quatuor potissimum gradus, seu species.

πελίωμα.

1. Omnium livescit, vocaturque πελίωμα, color est medius inter nigrum & rubrum.

μέλασμα

2. Quando nigrescit μέλασμα dicitur.

στίγμα

3. Minora his sunt στίγματα, germanis Brand oder Malzeichen / Brandmal/ quandoq; sumitur etiam hoc vocabulum, pro nota fronti reorum apud veteres usitatò inusta, hodiè per metaphoram pro infamia sumitur.

μώλωπες Striemen Faust Zeichen.

4. Genus vibicum est græcis μώλωπες dictæ, germanis Striemen/ verberum in cute vestigia, Faust Zeichen.

Causæ

Generantur suggillata plerunq; casu ex alto, vel ex gravis alicuius ponderis ruina, quemadmodum sæpè fieri solet in faciendis cuniculis subterraneis, vel etiam in metallicis fodinis: ex tortura item, extensis vehementius artubus & simul universo corpore

fiunt

[f]iunt insuper ob ictus ab re obtusiore, [u]tpote fuste, clavo lapide, pugno, [s]clopetorum item impulsu, valentio[r]e, omnique re contundente, sangui[n]emq; seu ruptione, seu tensione è va[si]s exprimente.

Sunt ergo vibices nihil aliud, quàm [s]anguinis ex tenuibus venis, confer[ti]m per cutem sparsis, in ea spatia cu[t]is, quæ venas circum jacent effusio [a]c concretio, cum tumore levi, tactu [m]olli & cedente, magna ex parte do[l]oris experte, quandoque etiam sine [o]mni tumore, cuius effusionis gratia [c]utis livescit.

*Diagnostica.* *Prognostica.*

Omnium vitiorum recensitorum [i]n cute, cum appareat error, diagnosi [u]lteriori opus non est. Recens malum [s]i fuerit, sanguisque tenuis & rubens [a]dhuc, haud ita difficulter sanabitur. Pulvis autem pyrius ignescens sæpè in carnem penetrat, haut ulcerata vel excoriata cute, & tenuitate sua, sic in carnes se insinuat, ac penitùs infigit, ut nullis remediis tolli queat, & semper impressa eius maneant vestigia, haud aliter, quàm barbaris servis inusta semel stigmata, quæ nulla arte deleri & obliterari possunt.

*Curatio.* Auferre reliqua vitia ſi velimus, o-
pera navanda, quoniam per digeren-
tia curandum, ne per eadem effuſio
ſanguinis promoveatur, ut tum tem-
poris conſtringentia ſimul miſcean-
tur, quæ dictam effuſionem ſanguinis
inhibeant, donec ad naturalem ſtatū
fuerint converſæ, quale hoc eſt, quod
℞ ol. ros. ℥j. camom. ℥ß. pulv. ros.
rubr. Myrtill. cortic. granat. an. ʒß. al-
bum ov. n. 1. ſimul mixta uſurpentur
per biduum, tertio die foveatur locus
ſeq. ſacculo ℞ abſynth. Malv. flor. ca-
momill. an. M. j. ſem. cumin. conquaſ-
ſati ℥ß. Inciſa conijciantur in ſaccu-
lum lineum interpaſtatum & coqua-
tur in vino, expreſſus imponatur
membro affecto. Vbi autem locus
jam lividus ac emortuus ex ſangui-
ne concreto conſpicitur, vel tum pri-
mùm vocatus ſit quis, ſuperioribus
omiſſis foveatur pars affecta ſeq. ſac-
culo. ℞ Hyſſop. calaminth. orig. flor.
camomill. puleg. an. M. j. cumini cō-
quaſſati ℥ß. coquuntur in ſacc. & in
vino cui addatur parùm aceti, expreſ-
ſus applicetur loco affecto, aliquo-
ties, ubi ſufficienter fomentatum fu-
erit

rit malum, ſiccetur calido panno lineo & ſeq. ungt. inungatur. Rec. Lytharg. ceruſſ an. ℥iij. Tutiæ ℥j. probè contritis excipiantur ol. lilior. q. ſ pro linimento illiniatur locus affectus ad perfectam ſanationem vel uſurpetur cataplaſma ex farina fabarum addito ſemine cumini. Maximè diſcutit etiam ſeq. Emplaſtrum. ℞ thur. maſc. maſtic. an. ℥j. ſant. rubr. ℥ß. croc. orient. ℈jß. flor. camom. ros. rubr. an. M. j. f. pulv. & cum cer. ℥ß. Axung. cerv. ℥j ol. camom. ℥ij. è bacc. Iunip. ℥j. f. Emplaſtrum applicetur cum corio rubro, vel linteo cerato de die ſemel renovando. Si poſt venæ ſectionem ſuggillatio fiat, Rutam in ol. coctam ter aut quater venæ impone, vel ſang. humanum farin. hord ol. com. Salis & aceti an. ℥j. tepidè applica loco affecto.

*Suggillatio post venam ſectam.*

## CAPUT VIII.
## DE PILIS EORVMQVE PHYSIOGNOMIA.

EXaminato primo cutis accidēte, Colore, ſuccedit ſecundum Pili, à pelle Iſidoro dicti, quod ibi hærent: Crines, etiam nominan-

*2. Accidens cutis Pili. Crines, unde dicti.*

minantur, à græco procul dubio κρίνω, quod Iudico ſignificat & quòd de humorũ in corpore motu, vel abundantia judicium ſumatur, quod item in Mento, ſub axillis, & locis verecundis provenientes, generationis omen, & aptos ad generandum judicent. Generalis autem vox eſt, & accipitur, pro omnibus qui ex pelle naſcuntur; ſpecialiter verò pro iis, qui in toto excreſcunt corpore, excepto capite. Iſidoro enim non pili ſimpliciter, ſed capilli, quaſi capitis pili nuncupantur. In fine frontis, ſupercilia, in pupillis cilia nominantur.

*Capilli. Supercilia Cilia.*

*Definitio.* Eſt autem pilus excrementum ex craſſiore & magis terrena, ſuperfluitatum tertiæ coctionis genitum & efformatũ, quæ per inſenſibilem transſpiratum difflari non potuit, uti definit Paræus L. 4. c. 1. Differentias recenſet Andr. Laur. L. 10 c. 3.

Accidentium ſunt plurima genera ſuo loco explicanda, nunc generaliſſimè obiterque de ſubſtantia, & colore hæc phyſiognomonica notanda veniunt.

1. Capilli plani & ſuaves, manſuetum

am arguunt: notatur enim corpus
iquo modo frigidum,ſeu minus ca-
dum, minorve ſpirituum fervor &
aloris æſtus, unde manſuetudo &
nimus placatus.

2. Multitudo capillorum, calidi-
atem & aſtutiam arguunt ratione ca-
oris.

3. Criſpitudo ſignum caloris & ca-
iditatis. Nam ex vapore calido, in-
riſpantur pili, non ſecus ac corium
gni impoſitum.

4. Capilli erecti, timidum notant,
ropter frigiditatem, ſicuti experi-
nur, cùm homines exhorreſcunt, un-
de virgilius;

Obſtupui, ſteteruntq́; comæ & vox
faucibus hæſit. Nam per horrorem,
calor ad interiora fugit, unde exterio-
ra frigeſcunt & pili eriguntur, dicitur
hinc vulgò die Haar ſteigen gen Berg.

5. Capillorum aſperitas, aſperos &
ferinos notat mores: Eiuſmodi pi-
lum habuiſſe dicitur Nero: ratio con-
ſiſtit in humorum conſtitutione, cùm
humor craſſior & ſiccior, talis gene-
ratur pilus.

6. Capilli juxta tempora, tenues &

rari, frigidum & imbecillem, cùm verò ibidem arteriæ, frigiditatem os sium debebant corrigere, unde hoc in loco si vel desint capilli, vel tenues, significatur frigus, non modò huius loci, sed etiam totius corporis.

7. Densi capilli circa tempora & aures, callidũ & libidinosum denotant.

8. Capilli, quando augētur in ætate consistente multum adustionis repræsentant, quia calor maior, ideò vaporem illum exiccat, ut exiccato vapore copiosissimi crescant pili, maximè circa Annum 34. Notat hæc pilorum copia, insignes corporis vires, partim quia calor vegetus, partim, quia natura liberatur à copia excrementorũ, quæ aliàs naturam debilitat.

De colore altero accidente sequentes Regulæ sunt notandæ.

1. Albus capillus in superioribus frigus notat: impensè albus, calorem per inferiora & per consequens insignem libidinem.

2. Niger vel subnigricans, indicat mores bonos, & inprimis felix ingenium, ob calorem cerebri moderatũ, siquidem omnes ingeniosi sunt isti, qui

[q]ui capillum habent ſubnigricantem. [S]ummè nigricans ſemper ſignificat [c]allidum & deceptorem, ratio eſt fer[v]eſcens calor.

3. Capilli Rubri à nativitate, caloris [n]on aduſti ſignum, & quando ſummè [r]ubeus, inſidiator notatur. Plerunq; [ſ]unt furioſi ratione bilis. Flava bilis [c]ommiſcetur cum phlegmate, ſed [p]hlegma palàm nihil agit.

4. Subalbus color, cum quodam [r]ubore, avarum indicat, fit propter bi[l]em & pituitam.

5. Capilli coloris caſtanei bonum [a]rguunt animum, & mores laudabi[l]es. Nam calor benè ſe habet, obti[n]etque analogiam cum humore o[p]timam.

6. Capilli cani, per juventutẽ (ante annum 40.) frigus notant, cui rationi adſtipulatur ſcot⁹ de ſecret. nat. L. 3. c. 2. Item varium, mendacem & loquacem, fit propter commixtionem bilis & pituitæ & plerunque ſunt Invidi.

Quæ modò de pilis in genere pronunciata eadem de barba quoq; intelligenda, quæ nihil aliud, niſi pili in faciei

*Barba quid.*

faciei loco conveniente, & certo tem-
pore excreſcentes, ut ſint ornamen-
tum.

*Cauſa barbæ genitalium calor.*

Cauſam efficientem barbæ Gal. 9.
de uſ. part. c. 14. ponit humorem in-
natum & conditoris providentiam:
Card. L. 8. de ſubſt. cauſam in calor
genitalium eſſe aſſerit, tribus argu-
mentis probans. 1. quia pueris, mu-
lierculis & Eunuchis barba non cre-
ſcit, propter genitalium frigiditatem.
2. quia ſi barba cadit creditur argu-
mentum læſionis in genitalibus. 3.
Quando caneſcat, robur genitalium
imminuitur. Huic tamen rationi adji-
cienda quoq; natura, cutis conſtitutio
& humorum affluxio.

*Tempus barbæ, quare definitum.*

Quod autem certo tempore creſ-
cit fit ob materiæ defectum. Nam pri-
mis ſtatim annis humor ille ineptus
nec ad locum illum modo legitimo
confluit, propter nutritionem & au-
ctionem corporis, quando verò au-
ctio, aliquo modo deſiit, creſcere in-
cipit & ad multos durat aunos, licet
ſint nonnulli, qui certum tempus pro
augenda barba conſtituunt, & ipſi
quaſi ἀκμὴν quandam accenſent. Sed
pro-

rolatas caufas ponderans, etiam fa-ilè argumentabitur de Barbæ difpa-itate, cur in aliis citiùs, in aliis tar-ius, in aliis myftax, in aliis mentum ilofum & reliqua glabra.

*Barbæ disparitate.*

Iudicium idem de tenuitate, rari-ate denfitate & craffitie, quod fupe-ius de capillis, ferendum, de colori-us hæc phyfiognomonica notato.

Subnigricans, Ingeniofum deno-at.

Summa nigredo notat melanco-iam afininam & ftupidum femper ar-uit hominem.

In fubflavefcente, fanguis benig-ior, temperamentum notat tempe-atum, mores moderatos & ingeni-ım mediocre. Reliqua petantur ex hyfiognomonicis. Corollarii loco ciendum, per barbam, maturam æta-em, exindeque authoritatem & exi-timationem judicari. Hinc græci, vo-cantes aliquem ad officium fubeun-dum, fcripferunt, non fit absque Bar-ba, id eft non fit prorfus juvenis. Ta-lia phyfiognomonica ipfi Galeno nō difplicere, potiffimùm ex libro, quem Infcripfit, quod Animi mores corpo-

ris

tis temperaturas sequantur, c. 7. liqu[illegible] dissimè patet.

*Reliquorũ pilorum nota.*

Reliqui pili sub axillis & inguin[illegible] bus, propter partium adenositatem [illegible] qui generãtur, ac illi, qui Hypocho[illegible] driis innascuntur, Epatis, Lienis tem[illegible] periem ostendunt, Secundum quo[illegible] citò aut tardè, multi, pauci, longi, br[illegible] ves, duri vel molles sunt.

## CAPUT IX.

## DE PILORVM AFFECTIBUS.

Afficiuntur pili porrò diversimo[illegible] dè, variisque insigniuntur nom[illegible] nibus: Modò enim colore tingun[illegible] tur præter naturali Albo in capite[illegible] canitiesque nominatur, huius ma[illegible] Gal. 2. d. temp. cap. 5. pituitæ redun[illegible] dantiam. Avic. Fen. 3. Quart. tr. 1 [illegible] c. 15. aquositatem, Aristot. Lib. 5. d[illegible] gen. animal. c. 4. caloris imbecillita[illegible] tem, arguit. Vel omninò defluunt [illegible] aut proprii alimenti defectu, aut la[illegible] xitate & raritate cutis, quæ non po[illegible] test, stringendo radices capillorũ, fir[illegible] mare & retinere: Inæqualiter, deci[illegible] dunt si Quassatio, syncipùt quando[illegible] tenta[illegible]

*Canities.*

*Defluviũ.*

*[illegible]o.*

ntatur, calvities vocatur, teſte Gal. 2. de compos. med. ſecund. Loc. A ecie, quam relinquit, areæ modo, & ſa nomen Areæ retinuit: ob vulpis nitationem, cuius propriũ eſt, Alopecia, propter canem, Cynanche, à orcis, cherades, dicta; ab occipitio uorum digitorum latitudinem non ccedens, ad aures duobus capitibus uando ſerpit, viperas tortuoſo quaſi exu referens, Ophiaſis appellatur. Arabes, qui non ſolum viperas, ſed omnes ſerpentes Tyriæ nomine compræhendunt idem nomen huic malo imponentes, Tyriã appellavêre: ubi obiter diſcrimẽ Alopeciæ & ophiaſis notandũ venit, ophiaſis ſedem perpetuò n capite habet, infantibusq; ſolũmodò accidit, & ad leprã diſpoſitis. Alopecia verò, barbam, reliquasq; corporis partes, pilis à natura veſtitas, non minus occupat, quàm caput, nec minꝰ tiam alias ætates, quàm infantiam, nfeſtare ſolet. In Lue venerea, quando non ſolum ſuperciliorum, ſed & barbæ & capitis partes pilis denudantur, Peladam ſive pilarellam vulgus vocat. Foreſt. L. 8. Sect. 1. obſ. 2. Ad cilio-

*Calvitie*

*Area.*

*Alopecia.*

*Cynanche.*

*Cherades.*

*Ophiaſis.*

*Tyria.*

*Differentia ophiaſios & Alopecia.*

*Pelada.*

*Pilarella*

ciliorum radices hoc malum si co[ntingat], tingat, ut decidere necesse habea[nt], μαδάρωσις, si callosa durities & de[n]sitas palpebrarum accedat, πτίλωσις a[p]pellatur. Cùm pili, sub naturali or[di]ne, alii ciliorum succrescunt, & int[e]rius versus oculum inflectuntur, [ocu]lumq; pungentes plurimum irrita[nt], τριχίασιν nuncupant; bifurcatim si o[ri]antur διχοφυΐαν nominant. Concr[e]tio quando fit & in baculos coa[g]mentatio, indivisibilis, ῥωπάλασις, vu[l]gò Mohrenlöck. Si decurtantur Rad[ia]tio sive ῥατάκεια vulgò die Möle[n] Milben oder Fräwlin appellantur, φ[α]λάγγωσις, cùm pilorum subnasce[n]tium, duplex, triplexque acies, vel in superiore, vel Inferiore palpebra pr[o]venit: vide plura apud Gal. Lib. I[n]trod. Aët. tetrab. 2. serm. 3. c. 66.

μαδά-ρωσις. πτίλωσις. τριχίασις. διχο-φυΐα. ῥωπάλα-σις. Mohrenlöck. Radatio. Fräwlin. Φαλάγ-γωσις.

Causæ

Causæ dictarum affectionum, a[ut] humorum pravitas, radices piloru[m] erodens, aut alimenti, quod illos a[u]get penuria, ut in senescentibus natu[raliter], raliter, præter naturaliter autem in his, qui ob longam ægritudinem multùm exiccati sunt: ut phthysici Hectici: & qui venenum sumpsêr[unt]

sic

[...]cut etiam accidit his, qui aſſiduè u-
[...]ntur frigidis, vel quibuſcunque aliis
[...]b extra capiti applicitis, materiam
[...]ilorum, à ſuperficie repellentibus:
[...]ut meatuum cutis amplitudo & laxi-
[...]as cenſetur, cum quadam malignita-
[...]e admixta, quæ, ſi à communi humo-
[...]um corruptela putredineque prove-
[...]it, capillorũ defluvium efficere con-
[...]uevit, quod in pueris ut plurimum
[...]venire ſolet: ſin verò certa quædam
[...]& inſolita malitia, vel ex aduſtione,
[...]el alia quadam & pernitioſa conſti-
[...]utione ſubſit, certis in partibus depi-
[...]antur, uti videre licet in leproſis, qui-
[...]us ob eam cauſam, ſuperciliorum
[...]ili, potiſſimum decidere incipiunt,
[...]ropterea, quod quemadmodum na-
[...]ura, illos exiles fabricata eſt, ne in
[...]mmodicam longitudinem, quæ eſ-
[...]ſet in commoda creſcerent, ſic ob pe-
[...]culiarem corruptionem in leproſis
[...]decidunt.

*Diagnoſtica.*

Quæ verò cauſa ſubſit, colligitur vel ab ætate, quæ ſi ſenilis, naturale defluvium, ob caloris defectum: vel defluvii modo; ſi enim morbi ratione contingit, affatim & repentè ma-

 gis

gis sævire videtur malum, eò, quò[...] non solum ob alimenti defectum [...] magis à reseratione & laxatione me[...] tuum procedat In venerea Lue, supe[...] ciliorum citiùs & barbæ pili, quàm [...] aliarum partium defluere consuev[...] runt, & quia hoc symptoma comm[...] ne lepræ, reliqua inferius in c. de l[...] pra facilè distinguent; præsertim v[...] rò capitis atque articulorum dolore[...] scissuræ in manu. Cætera aspectu pr[...] duntur sine ulteriore signorum ind[...] gatione.

*Progno-stica.*

Calvitium, quod senectutis & na[...] turæ vitio fit, est insanabile, pariter e[...] iam illud, quod ex phthysi aut hectic[...] confirmata ortum est, curationem [...] non suscipit; quod verò propter Le[...] thargum vel aliam capitis malam a[...] fectionem generatum est, curato affe[...] ctu & ipsum curatur. Medicinæ ex[...] trinsecæ, quando induxerunt malum [...] sepositis illis curatur & illud, parem [...] conditionem sortitur & calvitium e[...] humiditate crassa poros cutis obstru[...] ente, ortum. τριχίασις non nisi evul[...] sione tollitur; ova formicarum cum [...] aceto contusa & τριχίασι, illita, eam [...]

tol

tollere Agger. part. 2. p. 630. pharm. reform. ſtatuit. dilucidiorem curationem tradit Arculanus in 9. Almans. c. 19. δυχοψυία & ῥωπάλασις omnem ſpernunt curationem, ῥαδ[illegible]ακεια leviter cedit. Generalis tamen hæc Regula ſemper obſervanda, quando per frictionem locus depilatus non rubeat, nullam ſpem eſſe ſanitatis & e contra. Quantò citius etiam rubor concitatur, tantò citius curatur: Inveteratum autem malum ſi fuerit, nō modò difficilis eſt curationis, verùm impoſſibilis.

*Pulſus & urina.*

Humorum qualitas levis, nullam pulſus & urinæ mutationem à naturali ſtatu inducit, ſed naturæ robore ad exteriora propellit. Humiditas tamen & frigiditas, pulſum undoſum debilemque cum urina multa & aquoſa producit, intenſa verò frigiditas Chryſtallinam urinam efficit: ſiccitas autem, durum, inæqualem pulſum reddit, caliditas quò magis excedit, eò magis & urinam tingit, rubicundioremq; facit.

Ex Prognoſticis & criſis colligitur, quæ in juvenibus bona: mortale in

tabidis pilorum defluvium veneran-dus senex L. 5 aph XI. pronunciat in-quiens qui tabe molestantur, quando capilli à capite defluunt lethale.

Ad tollenda prædicta vitia, requiritur optimum Regimen sex rerum non naturalium. Aër instituatur, qualitati peccanti contrarius, caveantur itidem omnia, quæ superfluitates gignunt, vel occasionem præstant ut generentur vitiosi humores, vel si boni fuerint, in vitiosos degenerent. Cibus igitur sit optimi nutrimenti, panis sit ex optimo frumento apparatus, caro pullorum, perdicum & avium in arboribus degentium, hædorum, vitulorum lactantium, vervecum, ova recentia: in caliditate & frigiditate temperatus, caveat æger ab omnibus salsis, acetosis, à vino nimis vinoso, antiquo, caveat à venere & ab omnibus nimium exiccantibus & intus & extra adhibendis: abstineat quoque à motu, statim post ingestum cibum, à malis animi accidentibus, qualia sunt ira, mæstitia, odium, & intensa cogitatio: Huic diætæ observationi, magno emolumento sequentia medicamenta administrabuntur.

Cani-

Canitiem corrigent unà cum reliquis affectibus, ex vitio & putredine humorum ortis, purgationes sæpius reiteratæ, quia humores in corporis habitu sunt impacti, unde difficillimè evelli possunt purgantibus medicamentis, nisi continuò & frequenti illorum usu quæ à locis longinquis & remotioribus trahunt potentissimè, cuiusmodi sunt hæ pillul. ℞ Mass pill. de Hier. simpl. ʒj. Rhab. Agaric. an. ʒij. sen. orient. brassic. marin. an. ʒj. scammon. troch. alhand. an. ℈j. cum Syr. Ros. Sol. f. pill. n. viij pro ʒj. quam capiat semel vel bis in hebdomade. Purgato corpore, medicamenta exteriora conducunt, quæ sunt Lixivia, ungt. pulv. Lixivium pro canitie pellenda hoc est. ℞ gallar. ponderos. ℥ij. fol. viburni, moror. cortic. nuc. jugland. virid. an. M. iij. coquantur in Lixivio forti, quo lavetur caput, & ne lixivium sit forte nimis, temperetur aqua pluviali. Commendatur quoque ad denigrandos pilos, salv. in lixivio cocta, succus baccarum sambuci. Experientia quin etiam compertum habetur, quotidiè crines pectine plumbeo, pexos, nigros evasisse.

Ad calvitiem & omnem speciem defluvij, pinguedo serpentis omnes medicinas producendo pilos antecedit, conducit & seq. ungt. ℞ Anguillã pinguem decoq; in aqua, pinguedini collectæ adde ping. anserin. gall. an. ℥ij mellis ℥j. ms. quo, capite prius ad ruborem perfricto inungatur locus depilus: in pilis porrò producendis expertum, pinguedinem talpæ in aqua coctæ, medium esse præstantissimum. Nec non radices Lapathi & asari coctas, pilos producere docuit experientia. Probatur hoc quoq; ungt. ℞ ol. de abrot. ℥ij. ping. cunic. talp. an. ℥iij. Nuc. ust. abrot. ust. an. ℥j. propol. ℥j. mell. ℥ß. f. ungt. Reliqua petantur ex Dominic. Leon. L. 1. sect. 1 c. 4. & 5. Rondel. L. 1. c. 1. Nicol. Pison. c. 1. Holl. ad lib. Gal. d. compos. med. secund. loc. perioch. 1. croll. p. 221. consil. craton. cons. 381. Paræo L. 16. c. 1. Aët. tetrab. 2. serm. 2. c. 55. 56. 57. 58.

Post ægritudinem defluvium si accidat, quæ à sola cutis relaxatione & meatuũ amplitudine provenire solet hoc probatur. ℞ polytrich. capill. ven. an. M. ß. fol. myrt. ros. absynth. an M. 1. decoq. in ol. dulc. & vini rubr. auster.

an.

n. quart. iij. ad consumpt. vini, col. facta express. ol. reponatur huius l. ℞ ℥iij. Ladan. ℥jß. Mastic. ℥ß. Labanum & Mastiche subigantur in mortar. pistillo calido, paulatim ol. nfundendo, deinde consperge & prope misce pulv. capill. ven ℈iiij. utitor nungendo. singulariter pilos produ-it seq. aq. destill. ℞ Rad parthan. seu app. maior. ℥iiiij. capill. vener. Miij. Aq. font. vini alb. an. ℔. j. Incisa grosso modo macerentur per noctem f. destillatio ad remanent. in vesica ℔. ß. manè & vesperi, hac, crines pectine colendi, cui aquæ si permisceatur aq. mellis vires reddentur maiores.

Radationi, quæ alioquin & asperitas dicitur Milben/ Frewlin/ succurrit decoctum fœnugræci ut & scabios in lixivio cocta, scylla in ol. bulliens cum foliis myrtill. & salv. idem præstant. vel ℞ Fel bovinum, acet. acerr. allium cent. min. an. part. æq. coq. quo abluatur caput.

Superciliis amissis seq. fucus parari poterit qui ℞ fulig. thur. ʒij. Mastic. ʒj. Resin. ℥i. ms quo pingantur partes superciliorum, & nec sudore oblite-rabuntur.

ῥωπύλασιν relinquere, nec tangere oportet, summos enim capitis dolores, imò & in quibusdam insaniam decurtata inducit.

De Area curanda vide Encheiridion Andreæ Christiani, Ripensis L. 4. sect. 1. c. 5.

De Alopecia & ophiasi Dominic. Leon. L. 1. sect. 1. c. 5. Pison. L. 1. c. 1. Forest. sect. 1. L. 8. obs. 1. & seqq.

## Caput. X.

## DE PEDICVLIS.

Quod feræ sylvis, id pilis pediculi, natura enim nunquam otiosa, illa quoque quæ tàm brutis, quàm hominibus infensa, ex putrefactione potissimum producit huius cum macrocosmo μικρόκοσμος evidens testimonium præbet. Assimilare namq; homo, quæ nõ potest, variè tanquam nociva expellere tentat, qua expulsione, quæ per insensilem transpirationem, vel sudorem non excernuntur, intra cutem hærentia, varias in cute affectiones excitant, inter quas & pediculi nume-

*Pediculi unde dicti.*

numerantur, Isidoro sic dicti, quòd vagis pedum motu, lædant cutem, quàm morsu. Sunt autem animalia ex putrefactione humorum intra cutem orta, quandoq; erumpẽtia quandoque intus hærentia, insignemque pruritum in cute excitantia.

*Genera pediculorũ.*

Genera sunt quatuor. 1. inter capillos capitis versatur, vulgò Kopff-läuß.

*Kopffläuß.*

2. Alterum genus, sub axillis & in pectine nec non cilijs & superciliis, ut plurimum resident sunt lati & cuti ita adhærent, ut unguibus vix avelli queant, Latinis, Plactulæ, quibusdã Morpiones, non nullis petalæ, aliis pessolatæ, Italis piattoni, germanis Filtz-läuß/ in canibus Zäcken.

*Plactulæ Morpiones Petalæ Pessolatæ Piattoni Filtzläuß. Zäcken. Avic. alguandau.*

3. In vestibus laneis & lineis sorditie refertis reperiũtur & interulæ militum esse solent, oblongi, crassiores, in parte posteriori desinentes in acutum versus caput, vulgò Häß oder Gwand-Läuß/ Müllerflöh.

*Häß oder Gwandläuß. Müllerflöh.*

4. Generatur inter digitos, in manu & in pedibus, inter cuticulam & cutim, formâ imitantur ova papilionum, sunt enim rotundi, alibi & tàm

parvi, ut videri ferè effugiant, serpunt enim per cutim & ipsam corrodendo intollerabilem pruritum concitant, & nunquam erumpunt, sed semper intra cutim & cuticulam latitāt. Qui-

*Acari Cyrones Lebendige Seuren.*

busdam Acari, aliis cyrones, quibusdam pedicelli germanis lebendig Seuren appellantur.

*Lendes Niß.*

Paris conditionis sunt Lendes crinibus inhærentes, & pilos quandoque detruncantes, germanis Niß.

*Φθειρίασις*

Generaliter pedicularis hicce morbus (in Numero) à græcis Φθειρίασις ἀπὸ τοῦ φθείρειν seu humorum corruptione, nominatur, teste Gal. Lib. de Theriac. ad Pison.

*Causæ*

Præter calorem putredinalē, hunc morbum generant, cibi tenuis succi, qui sua tenuitate facilè tendunt ad cutim: ciborum varietas, cruditates multiplicans, intermissum exercitiū, incuria circa mutationem pannorum & præsertim indusiorum, decubitus in lectis immundis, & commoratio cum hominibus egenis & sordidis. Esus quoq; viperarum & ficuum, quæ calore suo deducunt succos dulces & putredini paratos ad cutem & pediculorum materiam augent.

Quis

*Diagnostica.*

Quis humor produxerit, color prodit. Rubeos enim & crassiores, ex humore sanguineo corrupto generari volunt; molles & albos, ex pituitoso sanguine corrupto; citrinos, longos & acutos, ex bilioso; subnigros macilentos, tardioris motus, ex melancolico.

*Prognostica.*

Pediculi ob causas internas multiplicati, ex calore naturali diminuto, maximè in corpore plethorico, aut cacochymico, & corrupti, Morpheã vel lepram solent præsagire.

*Pedituloꝛum fuga mortis præsentaneæ infallibile signum.*

Pulsus & urina, superius recensitas ob causas nihil mutantur, quod interiora viscera, sibi contraria, in partes externas propellant; hanc tamẽ crisin faciunt, quòd ubi à corpore fugiant, Lethale, mortẽq; præ foribus adesse, significat: cùm enim ex humore calido & humido, eodemq; vivo aut certè à vivente corpore proveniãt, tali quoque nutriri necesse est, hoc autem destituuntur morituri, unde & tales cadavera ipsa fugiunt.

In auferẽdo hocce malo, aër primũ putredini cõtrarius parandꝰ, qualis est frigidior paululũ, sicciorq;. Abstineat æger à cibis crassioribus, à fructibus,

præser-

præſertim à ficubus ſiccis & recent
bus oribas. L. 1. c. 39. ab uvis, jujubi
pomis. Comedat pullos, gallinas, tu
tures, decoctas cum uva omphacit
vel ſucco berberorum, panis ſit opt
mus & à propria ſubſtantia & ab art
Maxima quoque habenda eſt cura ex
ercitationis & cultus corporis, ſicu
enim quies, morbum hunc adjuvat
ita exercitatio tollit, ſed hæc cibum
præcedat. Balnea ſimiliter ante ci
bum uſurpata maximo uſui ſunt, u
corpus mundum ſervetur. Quare &
omnis ſordities, omnis illuvies quo
tidiè tollantur, panni & præſertim in
duſia ſæpius mutentur.

*Pharmacia.*

Corpus item purgetur ſæpius tal
medicamẽto ℞ Agaric. ʒß. cartham
℈j. infundantur ſero caprino, facta di
ligenti expreſſione adde confect. Ha
mech. ʒij. Mell. viol. ℥ß. ms. vel Rec
Extr. ſen. ʒj. Mechoac. ℈ij. ſyr. lupul
℥j. borag. ℥ß. Aq. ſcab. ſtæch. an. ʒiij
ms. parentur etiam ſudorifera ex the-
riac. & limat. c. c. ℞ Ther. drach. j.
Aq. calamenth. cent. min. ſcab. an. ℥j.
ms. conducũt & pill. ex Agar. de Hier.
cum colocynth.

Ætas

Ætas si ferat, sanguis mittatur, vi- *Cheirurgia.*
um enim maximè positum est in
nguine. Lixivium etiam hoc pro-
st. Rec. Herb. absinth. Staphisagr.
ut. Marrub. an. M. j. cent. min. M. ß.
neris quercin. ℥v. cum aq. fontana
retur lixivium, in quo dissolve salis
ommunis unc. ij. absynth. unc. i. la-
tur caput: vel inungatur hoc mo-
o: ℞ ol. amygd. amar. rut. laur. an.
nc. i. pulv. staphisagr. myrrh. an. ʒii.
oës drach. j. axung. salitæ unc. ij.
cet parum ms. vel ℞ axung. porc. ol.
ur. sapon. nigr. an. ℥ß. argent. viv.
liva extinct. ℈j. Myrrh. aloës an. dr.
Staphisagr. ℈ii. sapon. gallic. drach.
in mortario redigantur in formam
ngt. In Plattulis profligandis exper-
um detersio cùm panno aurifabro-
um propter argentum vivum: Rad.
olchid. quidam pro annuleto pro-
atissimo vestimentis insuunt: plura
etantur ex Aët. tetr. 2. serm. 2. c. 67.

## CAPUT XI.

## DE CRIDONIBVS.

MVtuaverunt plurimi morbi no-
mina sua vel à loco, vel à forma
repræ-

repræſentantia quædam animalia,
ſunt cancer, lupus &c. ſic & hoc
quens pilorum accidens ſecundu
Ariſtot. L. 7. c. 11. de Hiſtor. anim
Pilare malum, quòd ex generatio
debili pilorum, non valente extra co
pus producere, ſed intra cutim hære
te oriatur, conſimile illi malo pue
perarum, in mamillis oriri ſolito, d
quo videndus Roderic. à caſtro d
morb. mul. lib. 4. c. 26. Gallis à crin
bus Cridones. Wiero in lib. der morb
germ. incognitis, dracunculi, quos e
iam Nobiliſſ. & huius ſeculi alter Hip
pocrates Dn. D. Horſtius, Patronu
meus colendiſſ. in Epiſt. medic ſect.
cum uſitata verſione die Mitteſſer vo
cat alii Haarwürm nuncupant. Sun
autem pilorum intrâ cutim, propte
eiuſdem ſolito maiorem compactio
nem, retentio ad abſceſſum quaſi ve
gens, pueris potiſſimum moleſtum
malum.

*Pilare malum.* *Cridones.* *Mitteſſer Haarwürm.*

Hocce quando divexantur eorum
dorſum quaſi aranearum aculeis tor
quentur, cum tumore quodam ſubal
bido, unde huc & illuc iactitant &
quietis ſunt impatientes, clamoribu
diurnis nocturniſque tempus conſu

*Diagnoſtica.*

unt, appetitu proſtrato, ſic & atro-
iam incidunt, repentè carnem a-
ttentes, vigiliis cruciantur, inde ca-
is inſequitur dolor cum calore.

Putredinalis hic calor, à partibus *Progno-*
nobilioribus ad Nobiliores tran- *ſtica.*
ns graviora generat mala: caput e-
m tangens, Epilepſiam: Iecur, Leu-
phlegmatiam; cor, tremorem, ac
ſam tandem mortem.

Dicta inquietudo, calorem natura- *Pulſus &*
m cùm convertat, etiam cum illo *urina.*
ulſum immutat, nativoq; celeriorẽ
ddit; appetitus deiectus, urinam
aucam tenuem, quãdoq; turbidam,
b humorem commotionẽ, prolicit.

Aufertur hoc malum, diætâ pri-
nùm ſupra deſcriptâ c. 9. & 10. vacu-
ndique humores putridi, tali vel ſi-
nili. Rec. diaſen. ℈i. confect. Ha-
nech ℈iiß. ſeri caprini ℥ii. Aq. fumar.
ß. ms. vel ℞ ſyr. fumar ℥ß. diaſer. ℥i.
ecoct. ſen. ℥ii. ms. Purgato corpore
nulierũ cætus, facto fotu pluſquam
epente aqua, linunt tergũ ex melle &
arina frumẽtacea, quò pilos ſubcuta-
neos prolectos, volſellis avellant, æ-
quant autem eiuſmodi pili vix acicu-
æ longitudinẽ. Quidã pulverem ſan-
guinis

guinis draconis cum ſpiritu vini, c
taplaſmatis modo imponunt. Alii
auripigmento & fermento Emplaſt
parant. Gabelkoverus ex vitro co
tuſo & melle tergum inungere iub
plura videantur ibidem p. 376. cereſ
lium coctum cum tota ſubſtantia,
aqua fontana, cui parùm aceti ſit pe
mixtum & tergum lotum, malū tc
lit. Radix bryoniæ in lixivio ex cin
re quercino parato, cocta & illo lix
vio, univerſum corpus abluatur, vo
ſellis vermiculis hiſce avulſis, rurſ
dicto lixivio abluendum corpus
curabitur. Aggerius L. 1. part.
c. 119.

*Pili abundantes & nimij.*

Evenit quandoque, locos, quos p
lis nudos eſſe debet, multitudine p
lorum nimium dehoneſtari, corr
gere ſi placet, medicamenta pſiloth
conducent, de quibus conſulantu
Wecker. Antid. ſpec. L. 3. p. 1180. a
1184. Vade mecum Witichii c. 1. par
1. p. 15. Paræus L. 25. c. 47. Rondel.
1038. Commendat Agerius in reform
pharm. part. 1. c. 18. Aquam petroſ
lini illotam. c. 161. ſuccum acacia
part. 2. p. 582. Gummi Hederæ p. 63

va formicarum, quæ ſic parantur,
ec. Gummi Hederæ unc. ij. auripig.
vor. formicar. Gum. arabic. an. ℥ij.
ulveriſentur, cum aceto f. liniment.
ura vide ibidem ſeq. pag. 715. Lac.
ulæ oleo mixtum idem præſtare ait:
ura ſimilis efficaciæ recitat aëtius
trab. 2 ſerm. 2 c. 63. & 64. Ex Eri-
aceo terreſtri cum oleo, pſylothrum
omponit tetrab. 1. ſerm. 2. c. 172 Re-
runt quidam ſeq. probatum in plu-
bus, cum cinere primùm digiti aſpe-
redditi, pili evelluntur, poſtmodum
um aqua, in qua mus coctus, ad de-
ilationem uſque, colata, manè ve-
perique locus lavatur, & in fronte
um gummi ceraſorum abſterſus, pi-
os, prohibet renaſci, videatur quoq;
rculanus in 9. Almans. c. 29. p. 94.

## CAPUT XII.
## DE SVDORE.

SVccorum alii naturales & utiles, alii non naturales & inutiles; pariter & excrementorum, aliud naturale, uod in corpore optimè ſano naturæ egibus provenit, aliud præter natu-

*Fern. L. 6. phyſ. c. 9.*

*Sudor quid* ram communi medicorũ edicto pr[...]
clamatur. Sic & ſudor græcis ἱδρ[...]
qui humor eſt, vel copia, vel qualit[...]
te gravis, vel laboris gravitate, vel c[...]
loris externi exuperantia, per cut[...]
ſpiracula manifeſtè, affatimq́ue pro[...]
*Sudor naturalis.* liens, qui, ſi naturæ vi, robore exp[...]
lentis fiat, naturalis; proprio impe[...]
*Symptomaticus.* ſupervacaneũ quando expellit, Sym[...]
ptomaticus appellatur: hic ſi nimi[...]
evenit, aut propter alimenti redu[...]
dantiam, aut humorum vitium co[...]
*Diegnoſtica.* tingit, unde Hipp. ſect. 4 aph. 41. i[...]
quit ſudor multus ex ſomno factu[...]
corpus uti pluri cibo ſignificat, ſi ver[...]
cibum non capienti hoc accidat, ſci[...]
oportet, quòd evacuatione indige[...]
Hinc alius totam cutim, vel partem[...]
aliquam tantum occupat, quare ide[...]
cous aph. 38. eiuſdẽ libri ait, qua par[...]
corporis ſudor eſt, ibi ſignificat mo[...]
bum eſſe, ſi non multꝰ effluxerit mo[...]
busque acutus aut febris non exiſta[...]
Morituris enim à morbo acuto, ſol[...]
in fronte ſudor & in cervice prodir[...]
nullo tamen proprio, in illa parte ex[...]
ſtente affectu.

*Prognoſtica.* Sudorum igitur alius ſalutaris, q[...]
ſcilic[...]

[sc]ilicet in exacerbatione judicatoria, [c]oncoctione prægressa & judicatoria [qu]æ bona fit, videlicet. 3. 5. 7. 9. 11. 14. [1]7. 21. 27. 31. 34. Hipp. sect. 4. aph. 36. [D]uncan. Liddel. L. 4. de præsag. c. 6. [q]ui etiam moderatè calidus per totũ [c]orpus manat ægrumque levat: vide [pl]ura apud Rondel. de dignosc. morb. [c.] 18. p. 702. & seqq. Pessimus sudor est [di]aphoretic⁹ & syncopticus, ubi cum [sy]ncope sudor frigidus erumpit ex [su]bstantiæ & solidarũ partium disso[lu]tione, ob caloris nativi exolutionẽ. [D]einde sudor omnis frigidus aut fæ[ti]dus, potissimum circa caput & cer[vi]cem erumpens: Nam sudor frigi[d]us in acutis, mortem denotat, in le[ni]s morbis prolixitatem: fætidus ve[r]o sudor, magnam putredinem. Præ[te]rea sudor intempestivè erumpens [sc]ilicet morbo adhuc crudo & in ini[ti]o, malus. Nam vitiosorum humo[ru]m copiam, aut virium imbecillita[t]em significat, plura vide apud Forest. [l]. 7. sect. 1. obs. 27.

*Bonus quis sudor.*

*Malus quis sit.*

*Sudor frigidus quid portendat*

*Fœtidus quid denotet.*

Criticus vocatur in febribus, qui per [p]rimas invasiones, parca admodum [m]anu erumpit, at instante crisi, co-

piosius funditur, quando item copio-
so sudore paroxysmus terminatur, fe-
brem brevem fore indicat. In phre-
nitide morbum solvere videtur Fo-
rest. L. 10. sect. 1. obs. 3.

Huius sudoris critici jam jam fu-
turi signa duo sunt apud Hipp. urin-
suppressio & rigor. De urinæ suppres-
sione critica meminit in progn. se-
eam eleganter descripsit, sect. 1. L. 
Epid. his verbis; περὶ ῥιγέως αἱ ἐπισχέσι-
τῶν οὔρων ἢ ἐκ χρηστῶν ἴωσι, id est: Ant-
rigorem (seu sudorem, qui proxim-
rigorem sequitur) urinarum suppres-
siones, si ex bonis fuerint. Cur auten
suppressio hæc sudoris prænuntia si-
Laur. L. 1 de cris. c. 14. videtur, quò-
urinæ & sudoris eadem sit materia
ὀῤῥὸν scilicet, τῶν κατὰ τὰς φλέβας χυμῶ-
serum eorum, qui in venis continen-
tur humorum: si ergò serosi humori-
fiat in universum corporis habitum
translatio, aut supprimetur urina, au-
saltem exigua erit illius quantitas
propterea, qui multum sudant, parum
meiunt & contra. Alterum futuri su-
doris signum est Rigor: Rigoris cau-
sa est seri acrimonia panniculum ner-
vosum

2. Rigor.

ꝑsum (vulgus carnoſum vocat impropriè) exquiſitiſſimi ſenſus, vellicans, Rigorem hunc tandem ſequitur ſudor. De eo rigore ita ſcripſit Hipp. aph. 58 ſect. 4. ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ ῥίγεος ἐπιγενομένου λύσις, id eſt, febre ardente occupato, rigor ſuperveniens eam ſolvit

*Pulſus & urina.*

Pulſus in ſudoribus ſunt magni, alti, veloces, ad diſtentionem magis feſtinantes, ac velut undoſi: urinæ propter humorum commotionem turbidæ, craſſæ.

*Curatio.*

*Diæta ſudorum.*

Sudor modò promovendus, modò reprimendus venit, quando videlicet vires nimirum ſolvit tum ſequentia retardabunt. 1. corporis ventilatio & ſpongiæ ex aqua frigida aut poſca expreſſæ deterſio. 2. nec non cauſarum aверſio, aër vel labor ſudorem movens: ex ſomno factum ſudorem ſeu ex repletione ortum, ſecundū aphor. 22. L. 2. tollit evacuatio. Promovetur autem ſudor criticus, qui reſiſtit, vel quia copioſior materia eſt, vel qualitate craſſior & lentior: propter copiam quando ſiſtitur, ne exolutio nimia virium ſequatur, modus ſervandus,

*Regula de ſudore non*

 dus,

*sistendo, & sistendi tempore.* dus, quem indicat pulsus, qui per eju[s]modi excretiones, vehemens & ma[]gnus est, dum igitur talis permane[t] sudor non sistendus, ubi verò imm[i]nui & languescere vult, excretio [si]stenda.

*Sudorifera quibusdam morbus appropriata.* Movetur sudor in scabie ad pu[r]gandum serum sanguinis tali potion[e]. Rec. Herb fumar. capill. vener. car[d.] bened. an. M. j. coq. in aq. com. ℥v[] ad consumpt mediet. colat. adde the[]riac. opt. ʒj. f. potio. In podagra ras[u]ra cornu cervini in petia ligata & p[o]tui data prodest: ejusdem facultat[is] decoct. ligni. sassafr. mixtum cum aquis appropriatis. Luis venereæ p[er] sudorem curatio à Querc. in pharm[.] restitut. à p. 157. ad 173. traditur. Pest[i] theriaca, Mithrid. pulv. card. bene[d.] terr. sigill. unic. Bezoar &c. sunt a[c]commodata. Pleuriticis pulv maxil[l.] Lucii & cc. ust. cum aq. cerefol. sc[a]bios. card. bened. conducit. Probat[ur] in febrib⁹ seq. potio ℞ Herb. absynt[h.] cich. Hyssop. meliss. an. M. ß. flor. g[e]nist cord. an. p. j. Rad. cich. ʒij. co[q.] in aq. font. ℥viij ad consumpt. 3. par[t.] colat. adde aq. cich. fumar. card. b[e]ned. a[n.]

ed. an. ℥ß. Ex cratonis conſilio 131.
In Aſcite ſudare maximè prodeſt, eò quòd hæc hydropis ſpecies oriatur ob læſam coctionem, quæ fit in membris exterioribus potiſſimum, cuius excrementum ſudor eſt, inde rationi conſentaneum, id vitium per ſudores tolli poſſe, cuius modũ in ſeqq. ſubnectit.

Modum ſudandi deſcribit Paræus L. 25. c. 43. ut & crato in ſuis conſiliis 50. cuius Iconem depingit Gualth. Riffius in horto gravidarum hæc in genere de ſudore, quoad cutim afficit, protuliſſe ſufficiat, de ſymptomatico morborum, conſulendi authores pathologici.

## CAPUT XIII.

## DE PAPULIS.

AMbiguum authoribus eſt papularum nomen, modò enim omnes cutis efflorescentias, ſeu extuberationes in cute ſpontaneas, hoc nomine inſignire ſolent ( teſte Gal. in lib. 3. Hipp. de morb. vulg. comment. 3. Hipp de morb. vulg. L. 4. ſect. 7. dicta vult) græcis ἐκθύματα ab ἐκθύειν ἐκθύματα.

 quod

*ἐκφύματα. ἐξανθήματα. Pustulæ. Papulæ. Bothor.*

quod est ἐξορμᾶν id est erumpere; ἐκφύματα, à pullulando item ἐξανθήματα, ab ἐξανθεῖν, quod florescere significat: Plinius nunc pustulas ab erodẽdo, nunc papulas vocat, (Arabibus Bothor dicuntur) modò papularum nomine variolas & Morbillos specialiter subintelligunt, teste Manardo Epistol. 2. L. 7. tom. 2. modò de aliis symptomatibus interpretantur uti videre licet apud Forest. sect. 1. L. 6. obs. 40. Nos papularum generalissima significatione omnes intelligimus tumores exiguos, nonnulli tubercula minima appellant, quæ in genere τ̃ φυμάτων continentur, sic appellata à græcis quod instar phymarũ in plantis turgentium efflorescunt, nostri germani simpliciter Blatern oder Bläterlin / item kleine Hübelin vnnd Pfützen / quidam etiam die Leuchten nominant. Sunt autem nihil aliud quàm exiguæ quædam leviterque extuberantes eminentiæ vel eruptiones, figura quodammodo rotunda, modò totum corpus, modò partem aliquã, & aliàs cum humore aliquo tenui, aquoso & acri, vel sanie ac pure, aliàs verò

*Φύματα. Bläterlin Pfützen Leucht n Kupfferhan- d l. Definitio.*

verò ſine his ſuperficiem cutis occupantes, ſua qualitate potius, quàm quantitate & copia peccantes, pruritum & ardorem, vel etiam horum nullum vel ſaltem exiguum excitantes.

Harum eminentiarũ etſi plura ſint genera, quædam enim ſunt ſimiles iis eruptionibus, quæ ex urticæ naſcuntur contactu, aliæ item majores, aliæ verò exiguæ, aliæ latæ à materia frigida & craſſa provenientes, aliæ acuminatæ, à materia calida, ſicca & tenui exortæ, harum item aliæ magis pruriunt, utpote ab humore calido acri & tenui ſenſum magis feriente: aliæ nullo modo moleſtantes. Sunt item aliæ lividæ, aliæ pallidæ, aliæ nigræ, aliæ ſubvirides aliæ aliter à naturali colore mutatæ: Nonnunquam plures ſuboriuntur & humor iis ſubeſt, infra autem quaſi exulceratæ comparent, ubi eas rumpi accidit, propterea etiam ἑλκώδες à græcis appellantur, facilè enim à puſtulis ulcuſcula, aut humidiora, aut aridiora excitantur, authore Celſo L. 5. c. 28. quapropter minimè mirari oportet, ſi quidam me-

*Diviſio.*

dicorum ejuſmodi affectus ulcuſcula nominant, aut etiam ipſos, qui inter ulcera retulerunt, quemadmodum & Gal. inter tumores: tot tamen genera, in duas primarias ſpecies reduci poterunt, in humidas videlicet, humore, vel ſanie, & pure vel utroque plenæ, cuius generis ſunt, Hydroa, ſudamina, phlyctenæ, ephelides, pſydracia, variolæ, achor, meliceris. Et ſiccas, quæ ſquamulas duntaxat remittunt, huius ſpeciei ſunt verrucarum omne genus, thymus, clavus, callus.

Hydroa latinis papulæ ſudorum, ſive ſudalia germanis Schweißbläterlin appellantur. Sunt autem puſtulæ exiguæ, aquoſæ & tenui humore plenæ, milij magnitudine ſubitò in corpore, hinc inde, in manibus tamen & pedibus frequentius, excreſcentes, ruboris dolorisque planè expertes, ac ſubitò citra omne præſidij genus evaneſcentes. Naſcuntur ex ſudoribus ſub epidermide retentis, per latentes cutis meatus diſſipari, qui non potuit: proveniunt nonnunquam etiam critico motu, ſub finem quarundam febrium.

brium. Fiunt quoque non rarò pustulæ & bullulæ his non absimiles, in febribus, sub earum solutione circa labra & nares, quæ, cùm ægris febricitantibus obveniunt, solutionem febris portendunt test. aët. serm. 2. c 102 germanis **daß Nasen oder Maul außbrechen** vocant: quoniam verò plerumque hoc genus sponte evanescat, aliis medicamentis opus non habet.

His æquiparantur papulæ humiles & latæ, papulis ex urtica inflictis, non absimiles, corpus universum, unà cum capite & plantis pedum cum pruritu & ardore insigni, aliquando etiam sine his infestantes, & cutim cum perexigua vel nulla ipsius mutatione inæqualem reddentes, quæ tamen per se aliquando albicantibus quibusdam squamulis sanescunt, has latini sudamina, germani **die Wiselzucht / Schwülen** / appellant; sunt sæpè numero adeò contumaces, ut etiam longo temporis spatia & per aliquot septimanas permaneant, magna cum ægrotantis mole-

*Sudamina.* Wiselzucht Schwülen.

moleſtia, quibuſdam corporibus, præſertim vero calidis & humidis, adeò familiaria, ut ſingulis annis certis quibuſdam diebus, præſertim circa autumnum ea invadant: occaſionem eis non minimam præbent, ex cauſis procatarcticis (frigida aëris conſtitutio) intempeſtiva & immoderata exercitia, præſertim ſub dio facta, aura exiſtente calidiore, unde Hipp. ſect 3. aph. 21. eadem æſtate frequentiora prodit. Ex antècedentibus autem cauſis eſt ſudoris materia multa & uberior, eademque mordax cutem pruriginoſam reddens, ſub qua tandem ob meatus condenſatos cohibita, ubi fuerit, & aliquandiu ibi conſiſtat, tandem craſſeſſcit & eiuſmodi eminentias progignit.

*Phlyctenæ hitzige Blatern wild Fewr ſpringend Fewr Hundtsblatern.*

Maiori ardore homines vexant papularum ſpecies phlyctenæ dicta, germani **hitzige Blattern / wild Fewr / ſpringend Fewr / Hundtsblatern /** appellant. Sunt puſtulæ aquoſæ, ſive tubercula exigua, bullarum inſtar lucida, atque iis, quæ ex fervente aqua, vel ab igne, vel medicamentis veſicatoriis fiunt, ſimilia, non tamen cum

mani-

manifesto dolore molestantia, nisi fortassis inflammatio vel exulceratio superveniat, quibus ruptis, humor subflavus quandoq; exit, quandoque humor aqueus, pellucidus, quandoq; sanguis nigricans, crustaq; obducuntur, dum sanescunt. Phlyctenæ quoque nominantur bullæ ab igne excitatæ, teste Tagaultio instit. cheirurg. L. 1 c. 2.

Sunt quoque pustulæ & asperitates quædam rubræ & fervidæ, levi dolore cutim infestantes, quas Ephelides nominant, quibus ruptis albus quidam humor, instar lactis manet, tandem scabies succedit, hoc vitio laborantes, perpauci admodum, vel ferè nulli curationem earum expetunt.

*Ephelides* Engerin.

Inveniuntur etiam adhuc aliæ pustulæ paulò duriores subalbidæ, ex quibus, quod exprimitur humidius est, psydracia appellata, quæ nihil aliud nobis esse videntur, quàm affectus ille infantulorum lactantium, quem nonnulli ex recentioribus Lacteam crustam, vel Lactumina appellant. Manardus L. 7. Epist. 2. Andr. Christ. Ripens. L. 4. sect. 1. c. 2. germ.

*Psydracia*

*Lactea crusta. Lactumina.*

die

Eres. Milchrufen.

die Milch Rufen oder Eres nominant.
Naſcitur hoc malum, ab humore acri, ſalſo & mordaci, ex impuritate lactis, eoque vitioſo contracto. Annumerant quidam medicorum papulis, etiam ulcuſcula, quæ Achores & Favi dicuntur, nos verò in caput de ulceribus reſervabimus.

*Diagnoſtica.*

Conſpectui cum ſe offerant dicta mala, ſagaciore indagatione opus non eſt, inter ſigna tamen diagnoſtica, magnitudo & parvitas, pelluciditas & obſcuritas, aſperitas & lævitas, multitudo & paucitas, durities & mollities poterunt numerari, doloris item exacerbatio & remiſſio Hydroa enim cum multitudine parva ſunt: Sudamina cum multitudine, duritie, cognoſcuntur, ictus enim aranearum referunt: albeſcentes phlyctenas, fervor prodit, Ephelides rubedo, pſydracia, quædam tubercula parva rubeſcentia, quandoque ichor emanans genas corrodens & exedens.

*Prognoſtica.*

Quibus corpora pituitoſiora, his & papulæ frequentiores, autumni præſertim tempore, quo aër humidior, plures producere ſolet, his ſi fervor & putre-

putredo accedat, facilè in pestē transire possunt, unde prodromi eius, papulæ habentur.

Præsidiorum genera, quod concernit, aër primum corrigendus venit, qui in contrarium declinet. Cibus boni sit nutrimenti, non humidus, sed ad siccitatem vergens: potus non excedat, magis quoque approbatur Quies: Somnus humiditatis propagator, sit decurtatus: Lætitia excedens, nimis corpus relaxat, humoresque diffundit, ira exiccat, mæstitia consumit nimium, modus igitur servandus venit in omnibus. Hydroa sudor commotus ex Rob. sambucino, tollit hoc modo: Rec. Rob. samb. ℥ß. Aq. fumar. ℥ij. vel misceatur cum tanto vini albi, quo exhausto, in lecto bene tecto æger sudet per horam dimidiam. Sed & per se hoc vitij genus, quandoq; absq; ullo medicamento evanescit. Sudamina, ex eadem causa orta, inspersione farinæ triticeæ, obstruendi facultate, quæ pollet, tollitur. Educendi quoq; humores serosi tali medicamento Rec. Herb.

*Curatio*

*Diæta.*

*Pharmacia.*

Herb. Merc. bet. brassic. marin. an. M
j. decoq. in aq. font unc. vj. ad con
sumpt. Mediet. in colat. dissolv. Mann
El. unc. ij. diacarth. ʒj. f. potio. vel ℈
diacarth. ʒjß. Syr. Ros. Sol. unc. j. ß
Decoct. sen. unc. ij f. potio. purgato
corpore conferunt topica sequentia
Aperta vesica, humor exprimitur le
viter, lavanturque prius manus & pe
des, ex aqua tepida, in qua camomill
sit decocta, ungt. postmodum ex ly
tharg. & cerus. in plumbeo mortario
cum aceto vel succ. plantag. diluto
malum inungatur. Ephelides perpau
ci curant, si autem aliqui fuerint, qu
eorum curationem expetunt, utantur
ungt. albo, quo inungantur matuti
nis temporibus & eundo cubitum.
Psydracia lactantium propria, ex im-
puritate lactis nutricis orta, nutrici-
bus primum victus ratio conveniens
& sanguinem probum progignens
præscribenda, & omnes cibi, vel alia
quoque salsa, calida, acria & sicca, in-
terdicenda, aromata, carnes, bubulas
& suillas potissimum fugiendo: con-
cedenda verò vitulorum, hædorum,
pullorum, gallinarum, cum lactuca

*Cheirurgia.*

vel

vel Endivia cocta: perturbationes animi, potissimum verò Ira & excandescentia, muliercularum propria, vina etiam generosa & fortia sedulò cavenda utantur capitis purgationibus, per pillulas ex aloë tali modo paratas. Rec. succ. card. benedict. inspiss. ℥ij. Gum. Ammoniac. ℥ß. Aloës lotæ ℥jß. cum vino albo f. massa in mortario parùm calido, ex huius Mass. ℨj. f. pill. num. XIII. deglutiantur cum syr. de stæchad. Sumantur & tales Rec. Hier. picr. cum Agar. pill. de aloë, assajeret an. ℈j. f. pill. num. XI. propinentur cum aq. beton. Purgato nutricis corpore, ad topica tandem progrediendum: crusta itaq; si fuerit siccior singulis vespertinis temporibus, cubitum eundo, inungatur butyro recenti, quibus elapsis matutino tempore lavetur caput infantis, brodio pisorum vel cicerum, faciem ubi occupavit malum, nostrates mulierculæ, totam faciem inungunt, felici cum successu, pulticula, quâ vescitur infans, vel accipiunt aquam calidam, qua lavant ollam, in qua eiusmodi pulticula erat decocta, hâc lavant totam fa-

ciem. Horum usu nisi sanatum fuer malum, inungatur caput & facies sec ungt. eundo cubitum. Rec. ung. Ro Mes. ungt. alb. infrig. Gal an. ℥ß. f. in unctio, manè cum aqua plantag. ca momill. an. ℥iiij. rursus abluatur ung sicq; pergendum ad perfectam usqu curationem. Si autem humidior fu rit crusta, lavetur decocto cicerum applicetur cataplasma ex meliloto c fænugræc. in vino cocto ad hanc fo mam. ℞ Melil. M. iij. farin. fænugræ ℥j. coq. in vino ad formam catapla & imponatur parti affectæ. Idem pr stabunt amygd. amar. & nuces ranc dæ, cõmansæ & illitæ: Crusta oculo si attigerit, unde visus impediri possi utendum seq. medicamento. ℞ Lac opt. alicuius mulierculæ, aq. Ros. a ℥j. quo abluendi oculi. vide ultra Aë tetrab. 4. serm. 1. c. 128.

## CAPUT XIV.

## DE PRURITU.

SAlsi & acres humores ad cutim e halantes, intraque cutim & cut culam, propter cutis, vel constipati nem, vel meatuum obstructionem

hære

hærentes, in eadem pruritum excitant, pro quantitate & qualitate diverſum; multa enim exhalatio, magnum, acredine augmentatus, exedentem generat; cujus hæc definitio dari poterit: Quòd pruritus, (vulgò, das jucken oder beiſſen der Haut/ græcis κνησμὸς) ſit triſtis ſenſatio, deſiderium ſcalpendi excitans, ſine cutis aſperitate & exulceratione. Occupat autem pruritus quandoque univerſum corpus, quandoque certam aliquam partem, à qua & denominationem habet à capite ad calcem pedum uſque, quo fit transmiſſio materiæ ad partes externas, ad plantas autem magis, quia illæ obtectæ, chorda lata, magna, & cute dura, ut non liberè exhalare humores poſſint, vulgus ejuſmodi pruritum, à medicamine, das Säw jucken vocare ſolet, quod ad vaſcula ſuum fricatio malum tollat, quia plerunque cibum frigidum habent, de qua frigiditate vaſcula parum attrahunt: Dividitur pruritus quoque ſecundum magis & minus, unde dicitur alius intenſus, alius remiſſus, alius mediocris; intenſus

*Definitio.*

κνησμὸς. Jucken oder beiſſen der Haut.

*Diviſio.*

*Causæ* ex materia calidiore & ſubtiliore; r[...] miſſus ex materia minus ſubtili [...] craſſa: intenſiſſimus enim gradus pr[...] ritus ab humore ſubtili & non craſ[...] provenit, quæ ſi pauca ſit, ſcalpore f[...] cilè ſedatur calefit enim membrum [...] ſcalpendo, pori dilatantur, mater[...] ſubtiliatur & facilè exhalat.

*Corporis partes, quæ magis pruriant.* *Oculi domeſticus Angelus quis & quare dictus.* Ex corporis partibus citius pru[...] unt oculorum anguli, quàm cæte[...] partes oculi, & propriè maior, qui [...] domeſticus dicitur, quia plures m[...] teriæ adipſum defluunt, cùm viæ ſi[...] latiores: Eadem ratio & narium.

*Diagnoſtica ex ſanguine.* Pruritus ex humorum commoti[...] ne per calorem facta, ebullitionem [...] cùm referat, quis humorum ferve[...] ex ſequentibus colligitur: Sanguis [...] nim notabilem ruborem, purpure[...] ſine puſtulis, aut ſatis diminutis h[...] bet; eiusq; pruritus intenſus & fac[...] ſedabilis, ſique aliquid emanat eſt [...] tis ſubtile. *Cholera.* Cholera cùm fervet, r[...] bedo tendit in citrinum colorem [...] pruritus acutior, & quod effluit ſu[...] tile citrinum, parvæque puſtulæ pr[...] fundæ. *Pituita.* Pituitam prodit rubedo te[...] dens ad albedinem, puſtulæ latior[...]

quod egreditur maioris quantita-
s albeſcens, pruritus remiſſior, non
cilè ſedabilis. Melancolia ſubtilis
duſta, cognoſcitur ex rubore ten-
ente in fuſcum colorem: Item ex
ſperitate magna, cum puſtulis pro-
undis & aliquando, cruſtis parvis, &
uod egreditur tendit in fiſcedinem:
udorum ſtrigmenta, quæ Simonetæ
. 3. c. 2. p. 401. Haſef dicuntur, pru-
itum, quando excitant, præcedens
udor argumento eſt.

*Haſef quid*

Curabitur pruritus facilius, qui ex
humore benigniori oritur, quiq; per
υμπαθείαν quàm qui per πρωτοπάθειαν
qualis in Elephantiacis & leproſis
perpetuus eſſe ſolet. Curatu etiam fa-
cilior eſt, in junioribus, quàm ſenio-
ribus, quibus familiaris eſſe ſolet ex
Hipp. dicterio ſect. 3. aphor. 31. quòd
in ſenibus facultatum debilitas, hu-
midique abſumptio, pruritus cauſæ
quotidiè augeantur. Puerulis Gingi-
varum pruritus, dentium eruptionis
prodromus, habetur: Narium, ver-
mius teſtis.

*Prognoſtica.*

*Pruritus leproſorũ perpetuus comes.*

*Pruritus cui ætati familiaris.*

Ob ſpirituum aliqualem commo-
tionem etiam pulſus, naturali parùm

*Pulſus & urina.*

concitatior, urinaque conturbatio[r]
evadit.

*Curatio.* *Diæta.* In abigendo hoc malo fugienda[e]
causæ primitivæ, quæ sunt omnia
exacuentia humores & in huiusmo-
di convertibilia, qualia sunt, salsa,
acuta, amara; temperandus quoque
aër, nimis enim calidus, siccando
humores acres reddit; frigidus, po-
ros constringendo exhalationes fuli-
ginosas evaporare prohibet, sic & re-
liquæ non naturales res, modum ex-
*Pharmacia.* cedentes malum augent: Ex phar-
macia seq. evacuatio conducet. Rec.
confect. Hamech ʒj. diabalzamer ʒjß.
Syr. de epith ℥ij. Aq. fumar. Lupul.
an. ℥j. f. pot. factæ evacuationi succe-
dat sudor ex aq. Endiv. lup. fumar.
cum pulv. card. bened. Exhibeatur
etiam ʒj. aloës lotæ in aq. End. om-
nibus tribus aut quatuor diebus: tol-
lit etiam pruritum serum lactis, in
quo Epithym. bullierit, singulis ma-
tutinis exhibitum. Ebulus quoq; ad-
hibitus fomento pruritum sanat.

*Cheirurgia.* Commendat Crollius p. 221. inun-
ctionem cum ol. vitrioli. Inter chei-
rurgica primum etiam occupant lo-
cum

um Laconica, in quibus, Malva, nymph. ſempervivum, beta alba, fol. ſalicis, Lapatij acuti, fumar. &c. efferbuerint: poſt balneum illinantur ol. ſulph. ſal. item armoniacus cum aceto tritus, pruritum teſticulorum aufert propriè Alumen; item & pix liquida, conferunt pruritibus internis, Ani, vulvæq; ſuperimponendo pannum. Fortiores medicinæ locales, ſunt oleander & acetum: cum iſtis tamen fortibus ponitur ol. roſaceum. Semen Erucæ & oleum eius, quando apud ignem fricatur cutis, eſt utiliſſimum. Cortices ligni vitis aduſti, ſubtiliſſimeque pulveriſati, appoſiti ſuper locum prius unctum butyro, ligando deſuper & non removendo delent pruritum. Senes ungantur cum fæce vini, cum aliquantulo anethi: aut ex ſola terebinthina abietis & butyro lotis, ut ſupra additis ſale & vitello ovi: gingivæ, melle aut vino, vel cerebro leporino, inungantur. Narium pruritus, deſinit vermibus eductis.

*Teſticulorum pruritus.*

## Caput XV.

# DE SCABIE.

## Ejusq; speciebus.

Comitatur pruritum ferociorem, cutis & desquamatio, & crustosa exulceratio, quæ defædatio Scabiei nomen à scalpendi desiderio, acquisivit, germanis, die Rauden/ Krätz/ Schäbe/ quæ cutis est defædatio & corruptio, cum insigni pruritu, modò squamulas, modò crustulas ulcerosas excitans; ex tenuibus salsis, acribusque succis oriens: unde alia dicitur sicca: alia humida: alia benigna, alia maligna: alia acquisita, alia congenita: alia universalis, alia particularis; secundũ dictas species etiam diversa & specialiora nomina hauriens.

*Ethymologia.* Rauden Krätz Schabe. *Definitio.* *Pho in cies.*

Sicca namque furfurum modo in corpore cutem depascens Furfur, nuncupatur, quòd scalpentibus hominibus, squamulæ tenues, ac Furfures tritici, quos candore & tenuitate referunt similes, græcis πίτυρα, germanis Schieppelin ex capitis reliquisque corporis partibus & summâ cute deci-

*Furfures.* πίτυρα *Schieppelin.*

*Porrigo.*

icidant. Latinis Porrigo græc. πι-
τυρίασις teste Paulo L. 3. c. 3. Aët. te-
ab. 2 ſerm. 2. c. 66. Trall. L. 1. c. 4.
citur hic affectus etiam propriè, ca-
tis affectus, quòd facilius ibidem,
opter maiorem denſitatem & ad-
rictionem proveniat, quàm in aliis
artibus, quæ laxiores ſunt.

*Capitis affectus.*

Non abſimile huic malo Luis ve-
ereæ ſymptoma Rondel. L. 1. c. 2. Fo-
eſt. L. 8. obſ. 13. p. 244. Paralella di-
tum, quod nil niſi internæ manuum
t pedum cuticulæ, ſine pruritu, mu-
atio. Rondel. in lib. de morbo Ita-
ic. p. 841.

*Paralella.*

Huc referenda quoque ſcabiei ſpe-
ies pſora nominata, quæ horrendum
deò cutis vitium ut etiam quidam
medicorum, in examine leproſorum,
ro Elephantiaſi ac vera lepra Ara-
um, non ſine turpi errore eſſe judi-
arint. Nam univerſam corporis cu-
im ſcabram, duram, aſperam & ſic-
cam reddit, eamque exedit ac erodit,
faciem deniq; ipſam quoq; & capillo-
ſam capitis cutim ita infeſtat, ut eam
ſpiſſam, duram efficiat, ac veluti cru-
ſta obducat, corpus univerſum ari-

*Pſora.*

dum & macrum reddit, frictione exa-
gitatum malum, furfuracea quædam
corpuscula remittit, ac pruritu in si-
gni affligit.

*Lepra.* Tertium genus à squamis & græco λεπίδ@ Lepræ nomen acquisivit
græcis λέπρη Hipp. d. alim. fac. sect.
4. Eidem de morb. vulg. L. 5. sect. 7
fæda scabies dicta, germ **der Aussatz**
**oder schuppechte Rauden** dicta quibus-
dam morbus S. Lazari, quòd in ali-
quibus pedetentim partes corporis
cum fætore, cadaveris instar, emoria-
tur. Horst. in Epist. Med. sect. 4. p. 388.
Affectus horrendo quoq; aspectu at-
que adeò profundè cutim obtinens,
ut subjectæ quoque carnis, non tamē
ita magni momenti particulam at-
tingat, cutimque usque adeò passim
& in diversis locis unius manus lati-
tudine & longitudine, vel amplius
quandoq; rodens, exulcerans, depas-
cens, exasperans ac findens, ut non
furfuracea corpuscula sed quædam
veluti magnarum piscium squamæ
ab ea abscedant & decidant colore
pallido seu cineritio, nonnunquam

*Squamarum in leprosis color quis.*

etiam

iam subnigro, quibus excussis, vel
tione ablutis, cutis veluti caro cru-
a ac rubicunda conspicitur: tanto
item pruritu ægrotantes molestat,
vehementissimè licet scalpant, ni-
il planè juventur, sed potius multò
agis exulceretur cutis: tertio quo-
ue vel quarto die, nisi ex dulci aqua
ventur ægrotantes, neque interdiu,
eque noctu quiescere possunt, ob
mmam pruritus molestiam, ipsius-
ue cutis extremam tensionem, à cru-
tarum vel squamarum duritie indu-
tam. Infestantur denique & ungues
summa aspredine, ita ut etiam scabri
evadant.

*Vngues leprosorum quales.*

In pluribus quoniam cùm superio-
ri malo Psora dicto, lepra convenit:
differentia tamen hæc notanda: Pso-
ram; extimam duntaxat cutis superfi-
ciem inficere ac lædere, & furfuracea
saltem quædam excutere: Lepram
verò manifestis squamis ipsam cutim,
non tantum universam, sed passim,
ac diversis duntaxat in locis infestare
ac erodere, simul quoque aliquid car-
nis attingens: psora verò totius cor-
poris cutim continuè obsidet ac oc-
cupat.

*Differentia psoræ & Lepræ.*

Quartum

Quartum genus ſcabiei ſummum & fædiſſimũ, ab Arabibus Lepra quidem vocatum à recentioribus autem, quòd cutis, corio Elephantis ſimilis, Elephantiaſis nuncupatum, germanis Malazey. Rondel. L. 1. Meth. c. 87. p. 632. cancer univerſalis vocatur. Paræus. L. 19. c. 6. p. 429. Gal. 6. aph. 15. ad glauc. 2. c. 11. d. atr. bile. c. 2. Et L. 14 Meth. c. 9. item L. d. tum. incipientem Elephantiaſin σατυρασμὸν vocat, quoniam ſatyris ſimiles fiunt vultu. Ob Rugarum frontis ſimilitudinem, cum Leonibus, Leontiaſis, græcis λέον, καὶ λεόντιον. Holler. l. 1. d. morb. intern. c. 64. Inficitur autem cutis maculis quibuſdam, ad atrum colorem vergentibus, inæqualiterq; aſpera, craſſa, & veluti ſquamis fæda, livens ferinaq; redditur: Eius tres à medicis traduntur ſpecies à coloribus deſumptæ. 1. eſt colore ſubrubro nigricans in melancolico humore: 2. ſubflavo vireſcens in bilioſo: 3. ſubalbido palleſcens, in pituita aduſta fundata eſt.

*Elephantiaſis. Malazey. Cancer univerſalis. σατυρασμόν. Leontiaſis. λεον, λεόντιον. Elephantiaſis.*

Non minus, ſalſi eiuſmodi humores excitant in corpore Fiſſuras vel Sciſ-

*Fiſſura*

cissuras, græcis ῥαγάδες, & propriè ῥαγάδες.
de illis dicuntur, quæ fiunt in collo
uteri, recto intestino & labiis. Avi-
cenn. Fen. 7. quarti tr. 3. c. 15. Fissara, *Fissara.*
quæ nimia est cutis siccitas, ita ut scin-
datur cutis, quod vitium accidit in la-
bris papillis mammillarum pudendo
muliebri, præputio, palpebris, nari-
bus, auriculis, omnium autem maxi-
mè in manibus & plantis pedum, ger-
mani **die Schrunden** vocant **Ritzen/** Schrunden Ritzen Kinnen.
**Kinnen.**

Hisce annumeranda venit Impeti-
go, græcis λειχὴν germanis **Flechten/
Zitterach/ Zittermähler/ Narben.** Avic.
tr. 3. Fen. 1. Tert. c. 5. Vsagro. si men-
tum corripiat ab illo Mentagra nomi-
natur. Est autem vitium cutis aspe-
rius, ingenti prurigine, partem affe-
ctam, summa cum molestia ac fæ-
ditate molestans, pustulis maioribus
emergens, cutim hinc & inde, pluri-
busque in locis acrius corrodens, la-
tiusque progrediens, huius progenies
sunt superius enarrata vitia, psora &
lepra.

Consimilis Impetigini est serpigo, *Serpigo,*
à serpendo dicta, græcis ἑρπὴς, quidam ἑρπὴς
ger-

Der Wurm.
Kriechende Rauden.
Schrtzen
Zitterach
Flechten.
*Erpel.*
*Ignis sacer.*

germani den Wurm à rependo nom-
nant alij kriechende Rauden vñ Sche-
tzen / nonnulli etiam Zitterach vnn
Flechten/ Erpel vocant. Celso Ign-
sacer dicitur. Est verò Herpes vitiu-
cutis, aliàs quidem serpentibus p-
stulis exiguis, milij semini similim-
cum insigni pruritu & ardore aff-
gens, quæ si exarescant, nihilominu-
tamen novæ, in illarum ambitu, e-
crescunt, ac si priores se in orbem
diffunderent ac serperent: aliàs ver-
eisdem pustulis exiguis, sed feroci-
ribus ac siccis, altiusque in cute fixi-
hanc ipsam cutim paulatim serpend-
infestant, quibus successu tempor-
ruptis, neque saniem neque pus red-
dunt, sed cutim ad carnes usq; subja-
centes, tandem exulcerant, magnum
dolorem & puncturam ibidem infe-
rendo, atque modò hanc cutis par-
tem, modò proximam, vel aliam ser-
pendo occupant: priore quoq; loco
affecto persanato, propinquior, viti-
um eius excipit, atque denuò pustuli-
erumpentibus, iisdem similiter ru-
ptis, nova ulcuscula inde emergunt
quæ tamen more aliorum ulcerum

seden-

ſedem unam perpetuò nequaquam ſervant, ſed ſervata veteri ſede, vicinas partes depaſcunt, atque ſicuti nomen ipſum indicat ritu ſerpentis beſtiæ, relicto priore loco, tranſit ad alterum.

Ex qua deſcriptione & ex Paul. ægin et. ſententia L. 4. c. 24. ſtatuuntur huius vitij duo genera. 1. Mitius ac ſimplex ἕρπης κέγχριος καὶ ἕρπης φλυκταινώδης, à puſtularum ſpecie dictum germ. blätterichte Herpetem vocant, quippe is non protinus ulcus facit, quemadmodum ſævior & ferocior, ſed admodum exiguis puſtulis, Milij ſeminis magnitudinem referentibus ſummam cutim infeſtat, unde & Miliaris: quæ ipſæ quoque interpoſito ſpatio in ulcus abeunt, atq; hoc modo cutim exaſperat cum ingenti prurigine. 2. Sævius ac ferocius exiſtit unde etiam ἄγριον id eſt Ferum. Fernel. L. 7. pathol. c. 4. Papula Fera, nuncupatur, papulas habet ἐσθιόμενας appellatas, totam cutim exedentes, unde quibuſdam ἕρπης ἐσθιόμενος dicitur, quòd celeriter

*Species Herpetis.*

ἕρπης κέγχριος φλυκταινώδης.

*Miliaris.*

ἕρπης ἄγριος

*Papula Fera.*

ἕρπης ἐσθιόμενος

ter ſerpendo totam cutim exulcer[illegible] aut exedat, germani hoc genus He[illegible] petis, zerfreſſenden oder zernagend[illegible] Schaden/ item ein einfreſſende Fle[illegible] ten/ vnd der vmb ſich frißt/ nuncupan[illegible] in quo puſtulæ exiguæ, in profundu[illegible] cutis ad carnem uſque ſubjectam ſu[illegible] eunt, quibus ea longè tàm veheme[illegible] tius ac ferocius, quàm in ſuperio[illegible] exaſperatur, roditur, exulceratur, r[illegible] bet ita, ut pilos interdum remitt[illegible] neq; uno ſolo in loco, ſed pluribus [illegible] locis erumpit.

Freſſ nde Flechten.

*Differentia inter Herpetem feram & Eryſipelas exulceratum.*

Eryſipelati exulcerato licet hoc ge[illegible] nus vitij affine quodammodo vide[illegible] tur; revera tamen inter ſe differunt. [illegible] Humoris tenuitate. Eſt enim adm[illegible] dum tenuis inquit Gal. L. 14 Met[illegible] c. 17. qui Herpetem excitat, adeò pr[illegible] fectò, ut non ſolum internas part[illegible] omnes, quæ utiq; carnoſæ ſubſtanti[illegible] ſunt, tranſeat, ſed etiam cutim ipſa[illegible] ad ſummam uſque cuticulam prov[illegible] nit. 2. quòd Eryſipelas conſpicua d[illegible] fluxione, derepente prorumpat: He[illegible] pes verò ſenſim, multoque tempor[illegible] manifeſta fluxione effloreſcit: He[illegible] pes verò vel Herpetis puſtulæ adauct[illegible]

ſun[illegible]

unt, ex quibus ruptis, neq; ſanies, neque pus profluit, atque ulcera in eo ſicca redduntur, uno in loco minimè manentia: Eryſipelatis verò, exulcerata & humidæ quæq; ſanioſum pus effundunt: Herpes, pruritu: Eryſipelas, dolore ac fervore affligit. Omnis Herpes eſt diuturnus, & per quàm difficillimè, vel non, niſi longo tempore curatur, eſtque omnis febris expers: Eryſipelas verò febrem comitem habet, & brevi tempore, vel ſponte ſolvitur. Herpes ſolam cutim exulcerat: Eryſipelas ulceroſum, præter cutim, ſubjectam quoque carnem erodit.

*Cauſæ.* Oriuntur recenſita mala omnia, modò ex bilioſo ardentiore & acriore humore, vel eius ſero ſive Ichore, aliis craſſis ſive pituitoſis; & ſalſis, ſive melancolicis ſimul permixtis, qui ad cutim impulſi & effuſi, ibique congeſti, hanc ipſam ſiccant, rodunt, ſcindunt, exulcerant; vel modicùm, ut in furfuribus capitis, vel altius cutim abradunt, ut in paralella, pſora, Lepra, Elephantiaſi, tribus poſtremis ex melancolia ortum ducentibus. Ex

bile mitiori, Herpes miliaris; ferv[...]diori, papula Fera, cum Impetigin[...] hanc tamẽ, & Fiſſuras, ambiens qu[...]que aëris calor, ad cutaneas part[...] ſuccos in corpore deliteſcentes, tr[...]hens, ſua ſiccitate cutim non ſolum aſperiorem reddit, ſed etiam ultr[...] modum ſiccitate finditur, ac ſcind[...]tur, & in manibus pedibusque ac ca[...]teris partibus fiſſuras efficit, idem præſtat etiam calor febrilis in febr[...]bus ardentiſſimis, necnon frigus hy[...]bernum intenſiſſimum, & flatibu[...] aquilonaribus frigidiſſimum, quo[...] conſtringendo ſiccat & corrugat, at[...]que calorem nudarum partium, qua[...]les ſunt volæ manuum & plantæ pe[...]dum, auriculæ, nares, palpebræ &c infringit ac ſcindit.

## CAPUT XVI.

## DE SIGNIS ET CVRA[...]TIONE DICTORUM AF-FECTUUM.

*Diagno-ſtica.*

SCabies per puſtulas & cru[...]ſtas, ut & furfures pecten[...]do ſcalpendoq; viſui ſe pro[...]dunt. Intemperiem ſiccam[...] habitus corporis ſiccus, macilentus

&ari[...]

aridus manifeſtat. Humorem pec-
antem, ex cutis colore cognoſcim⁹,
e namque ſi albidior; pituitam; 
er, melancoliam; pallidus, bilem
otabit.

Paralella ex deſquamatione cutis,
anuum ſaltem & pedum, ſolum-
odò à reliquis diſtinguitur.

Luis venereæ ſignum dignoſcitur,
& ſcabies, an accerſita, vel proprio
tio humorum orta ne ſit ex accu-
itu vel convictu addiſcitur.

Leproſam conſtitutionem, præter
abiem ſequentia produnt: Licet e-
im furfuracea quædam deijciantur,
proſorum tamen dejectiones, ma-
norum piſcium ſquamas æquant o-
ulorum & ſuperciliorum, cum pi-
orum amiſſione, tumor conſpicitur,
lbugo eorundem livida, cum aquo-
tate magna, ſternutatio multa, cum
ætore narium, mediaque cartilago
orroditur, lingua in extremitate
ubtusque granuloſa, granulis albis,
iridibus vel lividis referta, ſpiratio
lifficilis & fætens, labia ſunt groſ-
a, dura, fiſſa, livida vel nigra, to-
aque facies, terribilis eſt aſpectu,

puſtulis & nodoſitatib⁹ infecta, fron
tenſa, cum ſplendore ut cornu, mu
ſculi manuum ſunt conſumpti ma
ximè pollicis & Indicis , ungues li
vent, & ſunt fiſſi, vehemens ad coi
tum eſt alacritas, noctuque ſæpius pa
tiuntur incubum , vox rauca, ructu
continui. Sanguis tromboſus, ni
ger, livens, fætens alvus adſtricta
ſumma

*Eſt pondus, tumor, oculi turbatio, fætor,*
*Pruritusq́, ſitis, aſperitasq́, cutis.*

Ex quibus ſignis Nobiliſſ. Dn. Docto
Horſtius in Epiſt. Med. ſect. 4. tom. 1
p. 388. tale inſtituendum jubet Exa
men leproſorum, quando ad magi
ſtratus mandatum Iudicium ferendū
Primò annotetur Nomen proprium
cum familia parentum, & ætas inda
getur, ex quibus inquiritur, num for
te parentibus, vel avis leproſis genitus
fuerit : deinde quæratur, quo vitæ ge-
nere utatur æger, quoq; ſodalitio ha-
ctenus uſus fuerit, num fortè per con-
tagium aliquid contraxerit : tertiò
quibus morbis, aliàs obnoxius fuerit,
ſimul temperamentum & conſtitu-
tionem naturalem, recolligendo, ubi
unà

nâ etiam consuetarum evacuatio-
ium fortè suppressarum mentio fa-
ienda: tandem quartò, lædentia &
ivantia considerantur, inquirendo
n Regionem, habitationem, victus
ationem præcedentē & similia, quæ
dustionibus atrabilariis, ansam præ-
bere possunt.

Hoc facto, quoad interna sympto-
nata, functionum naturalium, vita-
ium & animalium constitutio per-
pendenda. Quoad naturales actiones
quæritur. 1. an ructus ventriculi fre-
quenter adsint 2. An alvus præter na-
turam sicca. 3. urina num frequenter
subjugalis, varia, quam tamen fallax
signum statuunt multi: Licet Lem-
nius. L. 2. de occ. cap. 52. usti plumbi
cineres, in eâdem natantes, pro certo
signo ponat, quemadmodum ex salis
ejusdem sublimatione Paracelsus L.
6. §. 1. c. 2. quoq; morbum concludit,
quorum utrumque dubitatione non
caret. 4. Num impetus in venerem af-
fligat. 5. sudor & expiratio num fæ-
tida. Quoad vitales. 1. Num pulsus
frequenter debilis & varius. 2. Num
spiratio difficilis. 3. cum angustia pe-

ctoris. 4. eaque fætida. Quoad anima-
les. 1. Num adſit ſegnities totius? 2.
torpor ſenſuum. 3. externorum refri-
geratio. 4. ἀναισθησία cutis, 5. motu
difficilis. 6. ſomnus gravis, incubus.
7. ſomnia perturbata. 8. puſillanimi-
tas. 9. Num pruritus aliquis ſub cute
inſtar formicarum, ſeu laſſitudo ulce-
roſa?

Quibus diligenter inquiſitis, de-
nudatis partibus omnibus. 1. caput in-
ſpicitur, num pili capitis leviter de-
cidere incipiant, num ſubtiliores red-
diti in barba, ſupercilijs ac palpebris
cadant, & in radicibus extracti, car-
nis quippiam ſecum auferant? num
oculi rotundi, torvi, aures acumi-
natæ, labia craſſa, nares exterius tu-
mentes, interius occluſæ & ulcero-
ſæ, facies tuberculis inæqualiter tu-
mida, coloreque rubicante ex livo-
re tincta? num ſub lingua, varicum
inſtar, intumeſcentes venæ, cum tu-
berculis grandinum inſtar, quæ in an-
gulis oculorum ſæpius etiam obſer-
vantur? num cutis unctuoſa, vt affu-
ſam aquam non recipiat? num ſub
ea tubercula ferè inſenſibilia, præ-
ſertim

rtim post aures, circa extremitates
iam & crura? num eadem instar an-
rum deplumatarum, vel fissuris,
orrendisque rugis, corium elephan-
s referat; vel verrucis, grandinem
uillam æmulantibus scateat, vel
norphæâ, impetigine, scabie sicca
t insanabili constet? num articuli
odos? num extremarum partium
nusculi, præsertim prope pollicem,
consumpti? num ungues incurven-
ur? num puncturas per cheirurgum
acu factas in cute sentiat? num ul-
cera fætida & cacoëthe habeant?
num digiti pedum & manuum fis-
suris & ulceribus fætidis laborent?
num vox rauca & obtusa? quibus
indagatis etiam num dubium si re-
stet, venæ sectio instituatur, vt in
sanguine observari possit, num sit
crassus, adustus, fæculentus, pin-
guem quasi superficiem exhibens,
qui per pannum colatus arenosum
quid, post se relinquat, quippè cum
sale & aqua parumper mox permi-
stus, non facilè dissolvatur (præser-
tim cùm interdum unà cum aqua ge-
latinæ modo congelari soleat, quod

Marcell. Donat. L. 1. Hist. mirab. c.4 obſervavit) nec etiam additione aceti promptè miſceatur, ſed potius effervescat, qualia ſigna phil. ſchopfius in tract. germ. de lepræ cognitione cum cæteris proponit.

His igitur æquivocis etiam ſignis ex parte tantùm, unâ cum iis, quæ ab eſſentia morbi ſumuntur præſentibus in ægro, Elephantico morbo illũ correptum, judicandũ, eumq; tanquam incurabilem & contagioſa lepra præditum, à conſortio ſanorum ſeparandum, ſententia ferenda. At ſi deſint univoca morbi ſigna, etiamſi ſcabies ſicca, fæda, cutim afficiat, eamq; puſtulis maioribus exaſperet, duriorem, tumidioremque reddat, exedat, findat, in eaque furfures producat, nondum Elephantiaſis, ſed potius Pſora Græcorum pronuncianda: imò ſi in pejus adhuc malum iſtud progrediatur, ut maximo cum pruritu & corporis ἀτροφία caro ſub cute ſimul exedatur, cutisq; non ſolùm in furfures ſed etiam ſquamulas reſolvatur, nunc craſſiores, nunc tenuiores, maximè circa piloſas etiam capitis & faciei

partes,

[..]rtes, lepra græcorum inde colligi[..]r, plurimũ adhuc ab ipsa Elephan[..]si differens, utpote quæ sæpius cu[..]tionem admittit, nec ita cõtagiosa [..]tuitur, quanquam procedẽte tem[..]re, in Elephantiasin veram possit [..]utari. Cùm autem Examina talia, [..]tissimùm eam ob causam institu[..]tur, ut ejusmodi miserabiles perso[..]e, vitæ sustentationem nanciscan[..]r, quo fine Nosocomia leprosorum [..]nstituta sunt, idcircò tales etiam, [..]ibus res angusta domi, ut nesciant [..]nde vivere, multò minus ubi curari [..]ueant, à sanis ad leprosoria ea pro[..]ter, quod instar Elephanticorum, [..]abie maligna & perversa præditi [..]nt, separandos, ibique sustentandos [..]sse, solet pronuntiari. Et hæc vene[..]andi Senis, de leprosis fidelis institu[..]o, quam ductu Signorum diagno[..]icorum, huc, ex observationibus e[..]isdem transferre videbatur necessa[..]ium, quòd nostris plurimum lucis [..]fferret.

Reliqua, Fissuræ scilicet, Impetigo [..] Herpes, manifestissimis signis sese

produnt, penitiore indagatione op vt non sit.

*Progno-ſtica.*

A ſcabie vexati à plurimis morbi ſed & à peſte redduntur immunes, cu jus exemplũ refert Foreſtus L. 6. ob 21. ſect. 1. Scabies tuetur etiam & pra ſervat à variolis: bulliẽs enim ſangui materiam illarum, ad cutim transfur dens, in ſcabie exonerat: Scabies in fantũ, Epilepſiam avertit; acris nam humor vel ſpiritus, per ſcabiem diſſ patus, evaneſcit. Neglectũ tamen ho vitium ſi fuerit, in Impetiginem tran ſit, quæ ſi non ſtatim ab initio, vt opu eſt, curetur, in pſoram mutatur. Fac liùs quoq; ſcabies curam ſuſcipit, in juvenibus ac carnoſis & mulieribus.

*Scabiei commoda.*

*Scabies neglecta quid mali porten-dat.*

Pſora cutim altius, profundiusq; obſederit, eamq; exulceraverit, diff cillimè ſaneſcit, & ægrotantes magn negotio valetudini reſtituuntur.

Lepra non ſolum fœdum ac hor rendum, ſed etiam adeò contumax e malum, vt nullis planè curari poſſ remediis, ſed de eius curatione, vu gus divos implorare ſolet: proind hoc morbo laborantes, vt eò meliu quieſcere & pruritus quodãmodo le

ni

ri queat, singulis septimanis, ter
naterve in profluente aqua solent
lavare.

Sic & Elephantiaseos malum im-
endens difficile, præsens verò planè
curabile est.

Paralella, cum humorũ maligno-
um correctione facilè tollitur, nec
imariò medicam opem implorat.

Herpes affectus diuturnus est, &
on nisi longo tempore senescens:
um enim plerunq; à jecore impensè
alido proveniat, & ejusdem visceris
aliditas vehementior, in naturalem
atum longo benè tempore converti
ossit, accidit, vt etiam Herpetis cura-
o haud ita facilè perficiatur: si au-
em in tantum increscat malum, ut
otum corpus circumeat, hominem
nori evenit, jam enim corpus univer-
um, non solum extra, sed etiam intra,
Herpete laborat propter nimiam co-
iam pravæ materiæ, & malam in-
emperiem totius corporis.

Fissuræ seu Rhagades, pro qualitate
causæ, vel facilis, vel difficilis sunt cu-
rationis: Aër namq; si inflixit, mutatio
eiusdẽ, quæ verno tẽpore varia, Hipp.
sect. 3. aph. 20. teste; corporis intem-
periem

periem ſiccam, humectatio, calida[...] refrigeratio tollet.

*Pulſus & urina.*

Pulſus ſcabiei ſimplicis, natur[...] æqualis: Lepræ verò debilis, rarus [...] ſubtilis. Herpetis, Magnus celer [...] frequens. Fiſſurarum, ex caliditate i[n]terna, durus; frigiditate externa, pa[r]vus, tardus & rarus. Vrina ſcabioſ[o]rum, albeſcens; Leproſorum, qua[n]doq; alba, clara, livida. tenuis, ſub[ti]lis arenoſa: quibus autem in urin[a] craſſa, furfurea quædã ſimul exeun[t], his veſica ſcabie laborat. Hipp. ſect. [...] aphor. 77.

Inter ſcabiei genera citius judic[a]tur ſimplex ex aëris injuria extern[a] qualis plerunque hybernum temp[us] inſequi ſolet, quod in diverſitate co[r]porum, modò fiſſuras, modò ſcabi[o]ſas efflorеſcentias generat: Difficili[us] pſora, cui ſi naſus ſimus, aures eroſ[æ] labra & malæ craſſitudine peccanti[...] ſuperciliorum & capitis pilorum d[e]fluvium accedat, jam malum in El[e]phantiaſin tranſire, omnemq; med[e]lam reſpuere, judicandum. Herpe[s] quò magis depaſcendo ſævit, eò plu[...]res, acrioresq; humores comites ha[...]

ber[...]

re indicat, quò etiam contumaci-
, eò maiori malignitate præditum
e prodit. De Rhagadibus seu sciſ-
ris vide Domin. Leon. L. 6. ſect. 1.
515.

Mutationes temporum, præſertim *Curatio.* *Diata.*
goris aut caloris ex Hipp. aph. 1.
ct. 3. cùm pariant morbos; ſic & ſca-
es, ex dicta mutatione ortum du-
ns, ad illas mutatur; illius igitur fri-
oris rigidioris inclementiam, de-
ulcebit, arte paratus aër in contra-
um declinans. Correcto aëre, victus
oq; instituendus talis, qui cauſam
ccorum malorum avertat: fugien-
æ igitur carnes bubulæ, cervinæ, ca-
rinæ, abſtinendum quoq; à bellariis,
eribus, bulbis, Leguminibus, tube-
bus, fungis ac cæteris flatulentis,
em ab acribus & ſalſis, ab iis etiam
imentis, quæ ad habitum corporis
xcrementa deducunt: potus ſit vi-
um mediocre: Deambulationes,
nanè ac veſperi factæ commendan-
ur: moram verò in ſole & vehemen-
em refrigerationem, in fugiendorũ
umero, poſita ſciant ægri. Somnus
tq; vigilia utrumque ſi exceſſerit ma-
lum

lum aph. 3. sect. 2. confert Anim[illegible]
tranquillus & quietus, obest Ira & i[illegible]
dignatio: Excrementa etiam præt[illegible]
naturam retenta, humoribus acred[illegible]
nem inferunt, alvus igitur libera ut [illegible]
diligenter ponderandum.

*Pharmacia.* Ad humores educendos confert i[illegible]
simplici scabie seq. Nodulus, qui Re[illegible]
polypod. querc. ℥ij. Epithym. ℥j. fu[illegible]
mar. Eupat. scabios. chamæpyt. an. M[illegible]
1. flor. borag. bugl. persic. an. p. [illegible]
Rhab. El. ℥jß. Turpeth. albiss. ℈iii[illegible]
Spic. Nard. Zinzib. an. ℈j. fol. sen. pro[illegible]
bè purg. ℥j. ex incisis f. Nodul. cui su[illegible]
perinfundatur vini absynth. Mens. i[illegible]
quo utatur singulis diebus, matutini[illegible]
horis præmisso jusculo. Tenuis for[illegible]
tunæ homines purgentur tabellis di[illegible]
at. cum Rhab. ad ʒv. vel præscribatu[illegible]
pulvis Mechoac. ad ʒj. vel ℈iiij. vel e[illegible]
vacuentur pill. de fumar. pueri verò [illegible]
℥ij. Syr. de Rhab. vel Manna dissolut[illegible]
cum decocto senæ: vel exhibeatur il-
lis serum lactis caprini singulis matu-
tinis calidum, per aliquot dies conti-
nuando. Quidam solent uti ruta sylv.
seu fumar. cocta in lacte caprino, vul-
gus adhibet succũ betulæ, quia sudo-
rem promovet & Epar corrigit, si sin-
gulis

…lis manè & veſperi per dies 6. ſem-
…r cochl. 12. ſumantur. Præterea
…nficitur linimentum ex ſulphure,
…bumine ovi, butyro non ſalito, quo
…nim. ſcabies plurimum ſanatur. Ra-
…x item lapathi contuſa cum aceto
…admixto paulùm ſalis efficax eſt cō-
…a ſcabiem. Commendatur etiam
…ccus ex anſerum recenti ſtercore ex-
…eſſus, manè 3. cochl. quantitate ſe-
…el atq; iterum hauſtus. Maximè cō-
…ucit ſudor & lavacrum paratum ex
…lvia cum toto, fol. nuc. rad. aſari an.
…ec non & lotio ex aqua piſtorum,
…ua ſpiras coquere ſolent, mixta cum
…rfuribus. Ex Cheirurgicis ſeq. pro-
…nt: ℞ butyr. rec. ℥iij. Minij ℈j. ceruſſ.
…ij. coquantur in porphyrio immiſ-
…endo ℈j. ſalis petræ & gutt. 20. ol. ſpi-
…æ, f. ung. quo utatur patiens, vel poſt
…dorem, vel balneum, vel ſine his.
…onſulatur quoq; Wecker. Antitod.
…pec. L. 3. p. 1199. De ſcroto ſcabioſo
…ideatur Aët. tetrab. 4. ſerm. 2. c. 20.
… 847.

Furfures eandem requirunt diætæ …ationem, quam & ſcabies. Evacuato …utem corpore, localium primum eſt …apitis ablutio ex decocto lupino-

*Furfures quomodo abigendi.*

rum

rum & fænugræc. alth. malv. bet. fo
rapi ſalic. ſtaphiſagr. quæ vel in lixiv
vel aqua cocta proſunt: poſt abluti
nem f. inunctio talis. Rec. œſipi ℥
pulp. colocynth. ʒiij. ol. cheyr. ℥
gum. rut agreſt. ʒj. ladan. ʒj. ms.
inunge: vel ℞ pulv. fol. bet. myro
nigr. & alb. ſtaphiſagr. an. ʒiij. ol.
liv. myrtill. an. ℥ij. aceti ℥ß. Quida
aſpergunt hunc pulv. Rec. fænugræ
fol. bet. exiccat. an. ℥ij. myrobal. nig
ſtaphiſagr. an. ℥ijß. redigantur omn
in pulverem capiti aſpergendũ. Com
mendat Rondele L. 1. c. 2. quædam
balnea parata ex aſtringentibus qu
exinde huc repetenda. Cimoliam
cum betæ ſucco aut fænugræc iter
fabam, unà cum cortice molito c
betæ ſucco huic malo præſcribit Aë
tius tetr. 2. ſerm 2. c. 66. farraginem
medicamentorum vide ibidem. In
furfuribus ex lue venerea ortis Fore
ſtus L. 8. obſ. 13. ſect. 1. addere jube
linimentis cinabrium, axungiam por
cinam, oleum laurinum & aquam
aluminoſam, quibus ſi non cedat ma
lum, ad Avic. validiſſimum medica
mentum, quod conſtat ex calchanti

ſali

alis mineralis, ſulphuris vivi partibus æqualibus, diſſolutis in ol. maſtichino ex capi vacc. decreto L.1. c.5. transfundum: plura petantur ex Holler. perioch. 1. ad lib. de compos. med. c. 13.

Paralella tollitur curatione Luis venereæ, de qua infra.

In pſora abigenda victus primùm frigidus & humidus, qualis cancroſis notus, præſcribendus, & ni corpus exhauſtum ſit, ſanguis evacuandus, Extracto ſanguine humor aduſtus, cui ſalſus vel pituitoſus plerunq; eſt permixtus, probè purgandus erit, repetitis purgationibus diacarth. quod pituitam & melancoliam evacuat, præſertim ſi fuerit cum decocto melancoliam purgante, utpote decocto ſenæ præſcriptum, vel diaturbetho vel deniq; confect. Hamech, quæ unà cũ melancolico humore ichores ſanguinis purgare ſolet. Pro ditioribus igitur poterit præſcribi hæc ſeq. potio. Rec. Rhab. El. ʒjß. Agar. troch. ℈ij. myrob. nigr. ʒij. cinam. Zinzib. an ℈j. flor. buglosſ. violar. an. p. 1. infundantur in decoct. ſen. ℥ij. per noctem vel 12. horas

in craſtinum facta colat. diſſolv. dia carth. ℥j. ſyr. bugloſſ ℥jß. aq. cinam ℥j. f. hauſtus. Mediocris fortunæ hominibus ℞ Decoct. ſen. unc. ij ſyr. bugloſſ. drach. ij. diacarth vel diaturb unc. ß. aq. cinam. gutt. aliquot. Pillulas ſi quis maluerit præſcribantur ſeq. ℞ Maſſ. pill. aggreg ℈ii. d. fumar. ℈i. cum aq. bugloſſ. f. pill. num. XI. Cum autem morbi & ejusdem materiæ contumacia omninò requirat, probè ut purgetur corpus, reiteranda præſcripta medicamēta, & ne nauſeam ægrotantibus adferant, parandus ſeq. Nodulus ℞ Rhab. El. drach. ij. turbeth. albiſſ. drach. j. ß. vel Mechoac. drach. ij. Spicæ Nard. ℈ii. Zinzib. ℈i. myrab chebul. nigr. an. drach. i. polyp. querc. drach. ii. Epith. drach. j. ß. capill. vener. bugloſſ. an. M. i. flor. bugloſſ violar. tamaric. an. p. i. ſem. carth. unc. ß. fol. ſen. purg. unc. i. f. ex ſynd. alb. Nodul. cui ſuperfundatur vini abſynth. Mens. i. ſingulis dieb⁹ ſumendo cyath. i. & jejunando per horas iij. tenuis fortunæ homines, poſt unam atq; alteram purgationem, utantur ſero lactis caprini vel vaccini, per aliquot cōtinuos dies, in quo decocta fuerint, fumaria, mercuria

urialis, buglossa, & scabiosa. Cùm autem propter jecoris intemperiem calidam & siccam eiusq; fervorē, ingnis fiat in corpore proventus melancolici humoris, intemperies corrigenda & acrimonia humoris obtundenda in ditioribus tali medicamēto. ℞ conserv. viol ros. rubr. an. unc. ij. bugloss. borag. an. unc. sem. flor. cich. capill. vener. an. drach. vj. Rad. cich. condit. unc. sem. spec diatrag. frig. diarrh. diasant. an. ℈ iß. f. Elect. pauperib⁹ hoc praescribatur ℞ conserv. è flor. cich. unc. i. Nymph. acetos. viol. an. unc. ß. vel tales tabell. ℞ spec diarrh ʒ i. diatr. sant. diatrag. frig. an ℈ ii. sacc. finiss. in aq. viol. & bugloss. dissol. f. tab. vel rot. ponderantes drach. j. quarū una manè jejuno stomacho & una vesperi sub ingressu lecti deglutiatur vel paretur eq. tragæa ℞ spec diarrh drach. ij. diatr. sant. drach. i. diatrag. frig. drach. sem. 4. sem. frig. maior. à cortic purg. an ℈ ii. saccar. finiss. unc iiii. f. trag.

Inter topica, balneum aq. dulc. utilissimum, quod sua frigiditate ac humiditate iecoris intemperiem ac pruritum contemperat ac sedat, humiditate verò ac madore, furfures, ipsam-

que cutim duram ac scissam emollit humorem in cute impactum, magna ex parte digerit atque exhaurit, quo, si ad 8. vel 10. dies usus fuerit, cõijciantur in aquam, quædam ex emollientibus atq; refrigerantibus, humectantibus & abstergentibus herbis, ex quarum numero sunt violaria, parietaria, malva, alth beta, acanthum, sem. Lin. fænugræc. post aliquot dies, jam enumeratis, adijciantur, quædam attenuantia ac digerentia, cutim abstergentia, atq; mollitiem cutis efficientia in hunc modum ℞ alth. cum toto, Malv. violar. beton. acanth. an. M. ij. bugloss. borag. an. M. j. parietar. scabios. camom. cum flor. lapatii acut. cum toto. M. iiij. fabar. contusar. sem. Lin an. ℥iii. Hord. M. iiij. coq. simul. in S. q. aq. pro baln. parentur quoque duo sacculi ex panno lineo in quos conijciantur sequentia. ℞ furfur. farin. fabar. sem. lin. fænugræc. contus. an. M. 1. f. sacc 2. coquantur cum præscriptis herbis, quibus in balneo fricetur totum corpus: decocto etiam harum herbarum, quemadmodũ & superiorum, lavetur caput & facies. Cõtinue-

tur

ur huius balnei uſus, ſicut & ſuperio-
a 2. balnea bis in die nimirum matu-
ino tempore & à meridie 3. vel 4. ho-
as, in balneo morando, ad perfectam
uſq; curationem, tepidè lavando; re-
terando quoq; ſingulis 14. dieb⁹ pur-
gantia medicamēta ſupra præſcripta,
quæ repetenda quoq; erunt poſt abſo-
lutam curationē: poſt exitum ex bal-
neo, quieſcat æger in lectulo, per ſpa-
tium horæ unius, atq; ſi poteſt, ſudet,
differendo prandium & cænam ad u-
nius horæ ſpatium; à meridie verò
non citiùs ingrediatur balneum, niſi
expleta magna ex parte concoctione
ciborum. Ad thermas ſive balnea na-
turalia quod attinet, licet ea plurimi
medicorum conſulant, revera tamen
in hoc affectu potius in commodant,
quàm proſunt, cùm omnes thermæ
naturâ exiccent, niſi quis iis uti velit,
quæ ſulphure ſunt tinctæ ad corrobo-
rationem univerſæ cutis.

*Thermæ, pſoræ malo nocivæ.*

Lepræ malum ob deſperatam con-
tumaciam à medicis tum veteribus,
tum recentiorib⁹ intactum relinqui-
tur, & ad Noſodochia propter virus
cōmunicans relegantur, ut tamen mi-

tigationem habeant lavacra præscri-
bunt. At Paracelsus L. 4. Archidox.
mihi pag. 798. in hoc malo commen-
dat, Quintas Essentias Antimonii, Iu-
niperi, Ambræ, auri. Iuniperi, purifi-
cando sanguinem in primo gradu:
Ambræ, tollendo venenum, purgan-
do pulmones & cor in secundo gra-
du: Antimonii, calefaciendo corpus
in tertio gradu. Auri, radicitus tol-
lendo omnia signa leprosa, renovan-
do in modum mellis & ceræ à favis
mala, sorba, mespila, pyra, corna, iten
uvæ immaturæ, si juribus incoquan
tur ex Gal. decreto I. ad Glauc. Pr
potu vinum austerum cōceditur, m
dò nulla adsit inflammatio, hæc enim
diæta humores fluidiores compesce
ulcusq; ad consolidationem magis c
tiusc

usq; deducet, Motus & quies, somnus & vigilia omnia sint moderata, alvus tamen libera & animi pathemata modum non excedentia. Dicta hunc diætæ ratio, etiam internis causis succurret, quæ vel augeri vel minui poterit pro modo & causa humorum peccantium.

Pharmaciam quod concernit, ut majori commodo succedat, generalis Galeni norma benè notanda venit, quam tradidit L. de compos. pharmac. per genera p. 808. tom. 5. Initio ulceris & fini potiora esse, quæ non nihil astringens contineant, in mediis dulcia. Nam in principio medicamenta repellentia prosunt ulceribus, ne phlegmone corripi incipiant, inde quæ magis relaxent, si non phlegmone adsit, transpiratus gratiâ: quod si affuerit, etiam ob illam, ut citiùs dissolvatur. Et L. 4. eius argumenti p. 913. Sicut in corporibus curandis differentia particularis per magna est, ita quoq; in ulceribus. Nam simplex, cavum & purum ulcus, à mediocriter siccantibus curatur: sordidum verò & malignum, & oris prætumidis ac

duris quidem, ſed carne ad cutem
fluida, validiſſimè ſiccantia requiri
Summa, omne ulcus, ſiccantia med
camenta requirit, teſte Gal. L.
Meth. Med. ubi generalem tradit m
thodum omnia ulcera curandi, qu
inde repetenda.

Tandem ad particularia proceder
dum, qualia hæc ſunt. ℞ Extr. panch
magog. ʒj. Extr. ſen. ℈jß. ſyr. diaſer. ℥
decoct. commun. ℥jß. f. pot. vel Re
El. Lenit. ʒiiii. ſpec. diat. cum Rha
℈ii. Syr. Ros. Sol ℥iiß. Aq. pimpine
ſcabios. tormentill. an. ℥ß. ms. vel d
tur pulv. panchymag. Querc. in pha
macop. reſtit. deſcript. ʒi. in iuſcul

Præter hæc etiam medicus ſe a
cheirurgica accinget, inter quæ pr
mum locum obtinent maturantia ſe
ſuppurantia ut hæc ſunt. Rec. ceræ t
rebinth. medull. cervin. adip. vitu
anſer. bubul. butyr. rec. Mell. ol. ro
Lilior. lumbric. an. ʒiiii. ms. ſimilis e
ficaciæ quoq; diachyl. ſimpl. ex muc
lag. paratum Emplr. de melilot. tri
pharm. ungt. Baſilic. de alth. nec non
& illa quæ refert Weck. in Antid. ſpe
L. 2. p. 952. cataplaſma quoq; ex farin
triti

ritic. in aqua & oleo tēperatè ac mediocriter cocta constans, ad pus movendū non inutile est. Laudatur etiam cataplasma ex Rad. alth. & caric. dulc. ac ping. decocto quod mellis crassitudinem repræsentet & farina tritic. compositum. Est & puri movendo apprimè idoneum, quod habet cortic. Rad. alth. Lilii senec id est Creutzwurtz/ fol. malv. an. M. i. farin. tritic. ℥iii. far. sem. lini ℥i. axung. suill. recent. ℔ ß. coq. herbæ in s. q. aq. & tundantur cum reliquis in mortario fiatq; cataplasma. Mirabile & hoc ad suppurandum quod ℞ cer. tereb. medull. cerv. adip. vitul. anser. bubul. butyr. rec. Mell. opt. ol. ros. myrrh. an. ℥i. myrrha cum melle subigitur, & prunis leviter incoquitur, ex quo reliqua adiecta sedulò misceantur.

*Cur à suppurantibus curatio ulcerū inchoetur.*

Præmittuntur autem suppurantia, quod materia, quæ extra propria vasa fluxit in porositates, cogitur putrescere, illa concoquenda, ut pus bonum, generetur, quæ materia si non concoquatur & purgetur, caro in ulcere generari nequit: tandem ut citiùs ad cicatricem ulcera redigantur & tempora velocius absolvant.

*Vlcerum tempora, quo modo ex sanie colligenda.*

Galenus enim cap. 3. lib. de totiu[s] morb. temporib. ait primum saniem tenuem & aquosum ex ulceribus fluere: In augmento, parciorem & cras[s]iorem: in statu non amplius saniem sed pus tenue: in declinatione pu[s] magis album, consistentia crassius & minus copiosum. Hisce temporibu[s] ne diutiùs ulcus inhæreat, principio sanies tenuis, crassior est reddenda, u[t] tandem concoctionis beneficio in pus vertatur; hoc deinde in album crassum & minus copiosum pus: no[tandum] tandum tamen, dicta, in putridis ulceribus, locum non habere.

*Tempus suppurantium, quantum sit.*

Hisce, suppurantibus scilicet, insi[stendum], donec pus bonum appareat quod sic colligitur, quando est albũ æquale, non grumosum, læve tangenti, minimè fætidum, hoc si apparuerit ulcus mundificandum & pus expurgandum, tum carne implendum, postremòque cicatrix inducenda, quam promovebit ulceris facta mundificatio, à qua & medicamenta nomen desumplere, mundificantia dicta, quæ tripliciter dicuntur: Latè, strictè, strictissimè. Latè, omnia quæ habent

***Mundificantia unde dicta & quotuplicia.***

facul-

facultatem mundare solutas conti-
nuitates, sive mundent eas à carne,
crustis, escharis, sive squamis, carne
molli, carne putrida, carne ostracata.
Strictè, solutæ unitati ulcerosæ, pro-
priè tantum competit, qualia sunt,
quæ ipsum ulcus mundant, ab altera
duarum superfluitatum, solutas con-
tinuitates insequentium: ex quarum
præsentia tale ulcus, interdum sorti-
tur denominationem, ut à sanie sub-
tili quâ ulcus virulentum denomina-
tur: seu à sanie grossa, quâ ulcus sor-
didum. Strictissimè dicuntur mundi-
ficativa, quæ mundant solutas conti-
nuitates, tum à propriis superfluitati-
bus simul & collectivè, scilicet à sanie
subtili & grossa simul, quæ secundum
plurimum solutas continuitates ulce-
rosas insequuntur.

*Vlcus virulentum. Sordidum vnde dicatur.*

Perficitur autem mundificatio sa-
niei subtilis; exiccantibus: grossæ; at-
tenuantibus & dissolventibus, id est
abstergentibus, hisq; insistendum us-
que dum saniei diminuta quantitas,
ipsiusq; in substantia & qualitate per-
fecta laudabilitas affuerint.

*Mundificationis methodus.*

Quale verò mundificans seu deter-
gens

*Mundificans quale*

eligendū.

gens conveniat Naturæ ægrotanti
magnitudo ulceris & ſenſus ipſiu
partis declarabit. Si enim ulcus par
vum ſit, & corporis laborantis tem
peratura mollis ſive humida, & par
ſenſu exquiſito prædita; uſurpand
ſunt, quæ moderatè detergunt: u
ſunt manna thuris, farina erui, ho
dei, fabarum & aqua mulſa; Secun
dum Gal. L. 6. d. compoſ. med. ſe
gener. cap. 2. & L. 8. cap. 8. parvum
namque ulcus, non omninò multa
efficit ſordes; caro autem mollis fa
cilè colliquatur; & pars ἐυαίσθητ⊙
facilè exacerbatur, à validiore deter
gente: Vnde in tali caſu, quo
modicè detergit ſolùm ex uſu eſ
Si verò ulcus fuerit magnum, car
mollis ſeu humida & ſenſu exquiſi
to prædita; valentiora requiruntu
detergentia, ut Iris, panacis Radix
ariſtolochia: licet pugnantes ſin
Indicationes. Si verò ulcus magnu
ſit, & caro ſicca & ſenſus obtuſu
adhuc valentiora indicantur deter
ſoria, ut ſtaphiſagria. Denique
ulcus valde magnum ſit & corpu
valde durum & obtuſum, habea
ſen

sensum; magis valentia indicantur detersoria: ut cyminum, semen eruc. mel. rosac. &c.

*Mundificantis appropriati signa.*

Signa autem medicamenti detergentis accommodati, si purum appareat ulcus, & sine mordicatione: nam si impurum sit ulcus & morsum sentiat æger, non est bonum detergens, quia sic impeditur carnis generatio, imò cavitas fit maior & ora ulceris rubentia, atq; calidiora evadunt, totumque ulcus veluti inflammatione afficitur: Quòd si hæc signa non compareant, sed ulcus sit purum & caro rubra sine sordibus, crassisve excrementis adhærentibus, certi sumus, nos invenisse medicamentum detersorium, ulceri implendo accommodatū Gal. L.3. Meth. Med. c.6. Mundificantium catalogus legatur apud aët. tertrab. 4. serm. 2. c. 33. 34. & 35. sunt præterea hæc seq. Elleb. alb. Lupin. amygd. amar. æs ustum, sigill. salom. Mastix, myrrh. Iris: farin. hord. fab. Agar. vitriol. thus. ceruss. Mumia, pix liquida, tamarisc. cassia fist. Eupat. orob⁹, pineę fumar. porrū, sem. atripl. diptam. vinū dulc. aneth. calam. raphan. stæchas,

*Mundificantium catalogus.*

spuma

ſpuma maris,rub. tinct. praſſium, cu-cum. ſapa, lac mulier. liquir. ſcoro-don, tapſia, ſtaphiſagr. ſemen Melon, Mel, gentian. aſphaltus. Ex quibus u-num aliquod ſolum, pro ratione ul-ceris, vel ex pluribus, medicamentum componi & applicari poterit: Qualia hæc ſunt: Rec. vitell. ovi ad duritiem

NB.

cocti. Mellis unc. j. in ſartagine co-quantur, donec ad mediam conſiſten-tiam redigantur, coloremque rubeſ-centem acquirant, hoc ungt omnia ulcera, fætentia, impura, repurgan-tur, ac etiam à gangræna liberat, huic ſi reſiſtant, adſintque vel caro excreſ-cens, gangræna, Speck &c. adde Merc. præcipit. unc. j. donec impuritas om-nis receſſerit, quo facto ad prius rede-undum, uſque ad plenariam purga-tionem.

Dictis modò ungt. rectè quoq; an-numeratur ſeq. Rec. Terebinth. in vi-no rubr. potentiſſ. ad conſumptio-nem vini coctæ, ex aq. Hydropip ac chelid. novies lotæ, aut viſci è fibris abietis ℥iiij. vitell. ovor. num. X. mel-lis crud. ℔. ß. Aloës ex aq. cyclam. & plantag. ſepties lot. ℥j. virid. æris ℥ß.

vitriol.

[V]itriol. calcant. an. ℥vi. alum. calcinat. [&] aceto aliquoties extinct. unc. j. sem. [c]oquantur simul in formam ungt. [f]usc. Rec. huius ungt. part. 4. ol. è Merc. ℥j. ms. & utere, cautelâ hac ob-[s]ervatâ, per detergentia & mundifi-[c]antia, ne ulcus ad calidã frigidamve [i]ntemperiem deducatur, & carnis ge-[n]eratio impediatur: à quo effectu & [m]edicamenta σαρκωτικὰ nomen repor-[t]arunt, quæ in eodem gradu caloris [e]sse debent, quo gradu pars affecta [p]ollet; unde si caro ulcerata sit tem-[p]erata, ut in summa manu, ubi modi-[c]a est caro & plurimi nervi, tempera-[t]um erit sarcoticum, si verò paulò ca-lidior fuerit, ut locus supra cubitum, vel in humero &c. ubi maior veræ carnis est copia, calidius erit sarcoti-cum. Quòd si caro subiecta recesserit à naturali habitu, vel per frigidita-tem, vel per calorem, non amplius si-milibus sed contrariis utendum, ut caro ad pristinam temperiem reduca-tur. In quo casu Gal. monet, aëris quoq; ambientis, id est Anni, tempo-ris, Regionis & constitutionis haben-dam esse rationem, ut horum exces-

*Cautela in usu mundificantium observanda.*

*σαρκωτικὰ unde dicta, & Regula in illorum usu notanda.*

ſui occurratur. An igitur, ſarcoticum ſit accommodatū, ſpatio unius duorumve dierum certi eſſe poſſumus, an verò aliquid addere vel detrahere oporteat, idem tempus manifeſtat Gal. teſt. Libr. 7. cap. 1. d. med. ſec. gen. Cumulus ſarcoticorum eſt legere apud Gal. L. 3 Meth. Med. cap. 3. Paræum. L. 25. cap. 15. Rondel. de med. extern. p. 1078. Aët. tetrab. 4. ſerm. 2. c. 35. Fuchs. de medend. morb. L. 6. c. 5. Brunsfels. in appendice inter ſarcotica numerat. Lytharg. arnogloſſ. aſpalatum, ſem. atripl. aloë, orobum, orizam, ſymphytum, ceruſſ. plumb. cinerem tamariſc. thus. Ex compoſitis habentur ungt. aureum dictum, Baſilic. magn. ungt. alb. de ceruſſ. vocatum, diapomph. ceraſ. magn. & parv. Mirab. diair. Mirab. Nicodemi, ungt. ex panno lineo Hebenzezar vide Antid. Wecker. Spec. L. 2. de ungt. uſual. pag. 931. & ſeqq.

*Sarcoticorum enumeratio.*

Hæc ſi applicare animus eſt, opus habet cautelâ, non æquè omnia conducere omnibus: Sunt enim quædam enumeratorum imbecilliora, pueris ac mulieribus, carnem mollem

*Cautela in ſarcoticis applicandis obſervanda.*

m habentibus accommodata (du-
s enim corporibus dura, & molli-
us, mollia conducunt) ut ſunt vi-
um rubrum & auſterum, thus, thu-
s cortex, aloë, colophonia, ex re-
na, farin. hord. & fænugræc. Quæ-
am fortiora ſiccioribus corporibus
ilia: ariſtol. iris, farin. orobi &
pin. panax, hæc, viribus ſuperant
entaur. polium, glutinum, limaces
tæ, cadmia, calcitis, plumbum, re-
quaq; metallica, quæ omnia urenda
q; lavanda ob acrimoniam.

*Errores in ſarcoticis qui vitandi.*

In applicatione duo vitandi erro-
es; primus, ne nimis ſint mollia, tùm
nim propter partis calorem, liquan-
ur & undique diffluunt, mundum-
ue linteum ſupra carnem ulcera-
m relinquunt, quare Gal. L. 2. ad
lauc. cap. 8. monet, in ulceribus,
on admodum profundis, ſed in
mmitate hærentibus, medicamen-
s craſſiori conſiſtentia præditis uti
os debere: Molliora etiam, pro-
ter oleoſam & remollientem natu-
am carnem nimis laxam & mol-
em generant carni ſubjectæ diſſimi-
em. Siccis ergò corporibus ſicca po-
tius

tius applicanda medicamenta, præ-
ſertim ubi oſſa, in quacunque parte
fuerint denudata. Nam ad oſſa denu-
data, pinguium, & eorum, quæ a[d]
tingenda linamenta parantur, uſus v[i]-
tandus & ſiccis utendum. Quin & c[on]-
tra oſſium denudationem, pingui[a]
non ita frequenter in ulcerum, cura-
tione adhibenda, jubente Aët. tetrab.
4. ſerm. 2. c. 35. quâ cautelâ neglect[â]
error emergit ſecundus, quo parte a[f]-
fectæ non ſolum non occurritur ſe[d]
potiùs, maius infligitur malum, e[x]
medicamento non accommodato.
pulveres igitur itidem cum ungt. e[x]

*Sarcotici pulv.*

effectu ſarcotici nuncupantur, qual[es]
ſunt ℞ thuris, aloës ſarcocoll. Sang.
drac. Rad. ireos. an. ℈ij. f. pulv. ve[l]
℞ oliban. maſtic. myrrh (Nota Myr-

*Myrrha veſtit oſſa.*

ha carne oſſa veſtit) ſarcocoll. bo[l.]
arm. ſang. drac. farin. hord. an. ʒj[.]
ungt. ſi magis arrideat, vel locus, co[r]-
pus & ætas poſtulet, adde terebint[h.]
coloph. ſev. hirc. an. ʒij. cum exigu[a]
cer. q. ſ. f. ungt. vel Rec. Reſin. ℥ij. te-
reb. ℥j. Mell. ℥ß. thur. maſtic. myrrh.
ſarcocoll. aloës croc. an. ʒij. ol. oli[v.]
ʒiiij. cer. citr. q. ſ. f. ungt. vel ℞ agr[i]-
moni

mon. abſynth. verben. centaur. gallitric. chelid. ſcabios. ſymph. maior. cynogloſſ. caul. rubr. plantag. min. fabæ invers. (quæ telephium vel craſſula minor dicitur) an. M. j. ex quibus omnibus ſuccus extrahatur cui adde acet. ℔ ß. ol. ros. ℥ ix. cer. alb. unc. iiij. axung. vervec. ℔ ß. Reſin. unc. x. coq. ſimul igne lento, poſtea inijce ammoniac. & galb. an. unc. ß. in aceto diſſol. terebinth. ℔ ß. Mell. unc. iij. thur. Maſtic. an. unc. j. reſin. crud. unc. iij. f. ungt. ex arte. Si loco ol. ros. capias ol. lumbric. vel potius in ol. ros. lumbricos coxeris efficies ungt. nervis optimum. Huic eidem negotio conducet quoque hoc Emplaſtr. Rec. tereb. unc. XII. reſin. pin. unc. iij. gummi Elemi unc. v. ariſtol. long. ſang. drac. an. unc. j. cer. q. ſ. f. Empl. vel Rec. ol. veter. ℔ j. cer. nov. unc. vj. lytharg. ℥ iij. ceruſſ. unc. ij. gallar. unc. ß. ſang. drac. ʒ iij. liqueſcat cum cera & dicto ol. deinde reliqua inijciantur ex arte f. ceratum.

Evenit quandoque vel ægri errore, vel medici ignorantia in ulceribus, caro ut generetur ſuperflua græcis

ὑπερσάρκωσις quid. Geylfleisch Faulfleisch. *causæ*

ὑπερσάρκωσις, germ. Geylfleisch / Fau-fleisch / cùm in victus quantitate de-linquit, unde sanguis maiori copi- quàm debet, ad ulcus accurrit: Me-dici respectu, quando minus, quàm res postulat, ulcera purgantur, und- humiditates consistentes, carnem su-perfluam inducunt, utramque pe-cantem causam ipsa caro prodit:

*Signa causarum in Hypersarcosi.*

victu excedente si generetur, caro g- nita, est similis carni subiectæ: Su- curretur per sanguinis diminutio-nem vel purgationem, corpus supe-fluis si scateat humoribus; nam c

*Curatio ejusdem.*

evacuatione excrementorum, part- corporis redduntur ficciores, in de-tinendo avaræ, in expellendo prom-ptæ. Medicus in causa si fuerit c- ro genita laxa, mollis, flaccida, d- teget, quam validior tollet exicc- tio ex Gal. monitu L. 3. Meth. Me- cap. 8. si modica fuerit caro superflu- & corporis natura humida, stup- cannabinæ minutim incisæ sufficien- ex Avic. sententia: vel spongia mo- lis sicca similiter incisa & imposita caro excrescens si modica sit, & co- pus humidum, minuet lana comb-

st-

-ta, item linteum infusum in aqua -alita vel alumniosa: si caro super-crescens sit abundantior, & pars ul-cerata humida, convenient misy, chalcitis, ærugo secund. Gal. L. 3. Meth. cap. 8. cum iis, quæ desic-cant & detergunt. secund. diosco-rid. in hoc ordine sunt cinis quer-cus, titimal & ficus. secund. Ras. -nelli per mistum sal. cepa cum mel-le, nuclei dactyl. usti, semen urticæ, radix vitis albæ. Secund. Avic. o-reæ contusæ, fex aceti & vini, pulv. hermodactyl. aristol. rotunda. Si caro supercrescens sit copiosior, pars sicca & duræ, ex usu sunt æs viri-de, alumen ustum, & è composi-tis Merc. præcipit. ungt. ægypt. calx viva cum melle involuta in pasta & in furno cocta; nigrum veratrum in pollinem redactum & insper-sum, ol. vitriol. sulph. laterum, quod tollit omnia, quæ contra na-turam, cum potentia, sine acredi-ne vel Rec. gran. junip. ℔. ß. ol. myrtill. Lini an. unc. iiij. destilla per Alemb. & utere. Hæc καθαιρέ-τικα dicta sunt medicamenta, quo-

*Olei Laterini vires.*

*καθαιρέτικα medicamēta*

*unde dicta.*

niam interdum inflammationem ex citant: frigidis fluxio repellenda cera to, vel ungt. de cerussa vel de tutia aut vino nigro austero aut alio quo dam, vide Fuchs. de med. morb. L 7. cap. 5

*Cicatrix quid.*

Tandem cicatrice ulcus clauden dum. Est autem cicatrix caro densa ta, siccata & veluti callosa reddita, cu tis (quam natura extra procreare ne quit ob materiæ seminalis defectum officium supplens: Medicamenta

*Medicamenta συνȣλωτικὰ ἐπȣλωτικὰ Sigillativa quæ dicantur.*

quæ cicatricem inducunt συνȣλωτικὰ καὶ ἐπȣλωτικὰ, Avicen. Sigillativa di cuntur. Pueris ac mulieribus cicatri cem inducent, gallæ immaturæ, ma licorium, fructus spinæ ægyptiæ refe rente Gal. L. 3. Meth. c. 5. Si autem ulcera sint maiora, & corpora non it humida, prosunt misy, chalcitis, æs u stum, æris squama, alumen fissum vehementia sunt misy & chalcitis mitior æris squama: adhuc mitius æ ustum, quod præcipuè lotum pra stantissimum ἐπȣλώτικον esse prodidi Gal. c. 5. L. 5. simpl. composita sun ceratum diapalm. de quo supra sub fi nem l. 1. de minio. Tum autem cica

*Quando Epuloticis*

tric

[c]rices fiunt, cùm ulcus ad æqualita-[t]em est repletum. Modus inducendi [c]icatricẽ describitur à Gal. L. 3. Med. [M]eth. cap. 5. qui ut intelligatur scien-[d]um, ἐπελωτικὸν duplex esse & vel actu [&] potestate siccum; vel potestate sic-[c]um, actu verò & consistentia humi-[d]um. Deinde notandum quod ul-[c]us omne, indigens cicatrice, habeat [a]liquam cavitatem, in ulceris medio maiorem, minorem verò in circuitu. [P]roinde cùm cicatrix est inducenda [i]mponatur Epuloticum potentiâ & [a]ctu siccum in oris ulceris seu in cir-cuitu, cuiusmodi est æs ustum, æris squama in pulverem redacta: & hoc [f]it, ut citissimè in his partibus induca-tur cicatrix, quia cavitas media maior est, nec tàm forti eget epulotico. In medio autem ulceris Gal. imponit Epuloticum molle & humidum con-sistentia, ut ungt. è cadmia. Summa felicissimè cicatrix inducitur insperso ære usto, loto, aut tutia præparata, su-per ulceris ora, in medio autem ulce-re imposito ungt. de tutia, de cerussa aut de lytarg. aut alio Epulotico con-sistentia humido. Foris sufficiet lini-

*utendum.*

*Epuloticũ duplex est.*

mentum vel ſiccum vel vino madens potiſſimum quod fit è mollib⁹ elychniis. Ex quibus hoc oritur corollarium, quando in ulcere plures indicationes, omnibus ſatisfaciendum, diverſis medicamentis, diverſo loco impoſitis.

## Caput III.

## De Vlcerum Symptomatibus.

Comitantur ulcera quandoq; humorum accurſus ex quibus & δυσεπούλωτα dicuntur, cùm vitium κράσεως non eſt in parte ulcerata: hanc verò ſi occupaverit κακοήθεια maligna vocantur Gal. l. 1. d. med. ſecund. gen. c. 18. & L. 4. c. 1. & 13. Si dictæ cauſæ miſceantur ut & vitioſus ſanguis affluat, & pars δυσκρασία laboret, dicũtur ulcera ſupra modum maligna L. 4. ſec. gen. c. 5. Quòd ſi humor influens admodum ſit vitioſus & intemperies ita intenſa, ut pars habitum pravum contrahat, oriuntur νομαὶ, id eſt ulcera, quæ vicinas partes putrefaciẽdo & erodendo depaſcunt, febresq; inferunt.

*Vlcera δυσεπούλωτα quæ.*
*Maligna.*
*νόμαι.*

Δυσε-

Δυσεπούλωτα, (per dilatationem erosionemque, diuturnitatem, labiorum & circumjacentium partium tumorem, saniei & virulentiæ copiam majorem, dolorem sæveriorem, factum in partibus nervosis villisq; ob humorum acrimoniam, quem plerunq; sequitur inflammatio &c.) detecta sequenti tollentur modo.

Fluxus, qui plerunque à jecoris aut lienis vitio ortum ducit, causa copiæ humorum, vacuatione superfluorum intercipietur. Bilis, taliter: Rec. pulv. Rhab. ℥jß. spic. g. v. infundantur in vini albi q. s. ad potum decoct. tamarind. ℥ij. syr. ros solut. unc. iiij. f. potio. quam acuere poteris adiectis ʒij. El. è succ. ros. vel El. ros. Mes. Melancoliam adustam sic purgabis ℞ Epithym. polypod. an. ʒjß. fol. sen. ʒij. schænant. Zinzib. an. g. vj. f. infus. in decoct. flor. & fruct. colat. adde syr. de polypod. ℥iiij. de sen. ℥ij. vel Rec. El. Lenit. ʒx. confect. Hamech. ʒiij. cum saccaro f. bolus. Pituitam sic educes, Rec. Agaric. troch. ℈iiij. Zinzib. g. vij. f. infusio in decoct. beton. express. adde Mannæ calabrin. ℥iij. Mell.

ros. ſol. unc. ij. f. potio. maioris efficaciæ gratia poterunt addi ℥ij vel drach j. diaphænic. vel ♃ pill. coch. drach. i de agaric. drach. ß. cum ſyr. de betonic. f. pill. num. v. ſeroſitas vacuabitur vel per ſudorem vel per urinam. ſudor tali potione prolicietur: Rec abſynth. cich. Hyſſop. Meliſſ. capill. vener. card. bened. fumar. an. M. ß flor. geniſt. cord. an. p. i. Rad. cich. drach. ii. coq. in aq. com. unc. viij. ad 3. part. conſ. colat. adde aq. cich. fumar. card. bened. an. unc. ß. f. potio vel Rec. c. c. uſt. ʒj. terr. ſigill. drach. ß aq. fumar. card. bened. epith. an. unc. j. ms. vel Rec. Aq. Guiaiac. deſtill. unc. iij. card. bened. unc. ii. urinam citra gravitatem ciet ſcylla aſſata delincta cum melle aut ſcyllam aſſatam terito, eique farinæ erui alb. par pondus admiſceto, ſiccato, ac drach. i. ex vino dato Egregiè etiam cõmodam myurum herbam decoctam aſſiduè bibendam collaudant. Vrinam etiam promovebit pulv. ocul. cancr. ʒi. pondere in ſucco raphani drach. iii. abſorptus. vel Rec. pulveris calam. arom. Enul. pimpinell. Meu. an. ʒii. Bacc. laur.

*Diuretica.*

ur. drach. i. sem. anis. fænic. carui.
uc. an. ℈ii. saccar. ad pondus om-
um f. pulv. de quo hauriatur cum
q. petrosel. & Eryng. an. unc. i. Item
phanus in vino albo decoctus, cui
ulv. pilorum leporis ℈i. sit iniectus
haustus, summè urinam movere di-
tur, reliqua diuretica passim apud
uthores obvia.

His recensitis succurrent quoque *ἀντισπάστικα* dicta medicamenta, la-
nis revulsoria, quæ humorem, ad
artes contrarias, trahunt, calore, do-
ore, aut vi vacui: qualia sunt præter
urgationem, etiam venæ sectio, fri-
io, vincula, setacea, fonticulus. Re-
ulsoriis æqualia sunt Intercipientia,
iis defensiva dicta, quod partem af-
ectam defendant & præservent à flu-
one frigiditate, & astrictione: hâc
nim vasa constringunt, illâ verò &
sa cogunt, densantq; & humorem
crassant, quò ad fluendum minus sit
romptus. Sumuntur autem æquales
ortiones bol. arm. sang. drac. myr-
ll. balaust. cortic. granat. quæ in te-
uiss. pollinem rediguntur; excipi-
ntur ovi album. ol. myrtin. modico

*ἀντισπάστικα medicamenta qualia sint.*

*Intercipientia cur defensiva dicantur medicamenta.*

aceto ac cera & fit ceratum. Idem præstat vinum nigrum austerum, ve[l] simplex, vel in quo alumen sit liqua[…]tum, aut calx sæpissimè extincta. E[…] hæc medicamenta ponuntur ant[e] adventum humoris in locum exitus[:] ut si ulcus sit in summa manu impo[…]nantur in carpo, ubi vasa magis ap[…]parent, & partes minus sunt carno[…]sæ: si supra, in cubito; si sublimior[…] in humero: si in coxa, ad inguina[:] si in capite, ad collum; si in mammil[…]lis sub his, & etiam ad inguina. Opor[…]tet autem hæc defensiva frequente[r] immutare ne calefiant. Inter defensi[…]va summam obtinet laudē Emplastr[…] crollij sticticum dictum, quod de[…]scribitur in Basilic. p.266. Item oppo[…] deltoch Paracels. cuius mentio fit in[…] L. 2. cheir. magn. c. 6. Eius genuin[a] præparatio hæc est. Rec. Galb. Am[…]moniac. bdelli. an. ℥i. macerentur i[n] aceto per mensem vel octiduum, ve[l] 14. dies, quantò diutius, tantò melius[:] cola & inspissa ad mellis crassitiem, deinde Rec. Lytharg. ℔. ß. opt. trit[…] coq. in ol. oliv. ℔ j. ß. lentè, optim[è] agitando donec fuscū acquirat colo[…]

*Locus defensivis, qui nam destinatus.*

rem

m, & dum adhuc fervet diſſolv. cer. j. cui inijce ſuperiùs enumerata & ſſoluta gummata probè mixtis ombus adde tereb. unc.iij. ol. laur.℥iij. pq. & miſc. ſemoto igne adde ſeq. ulv. qui ℞ croci Mart. Mum. magn. agiſt. corall. alb. & rubr. an. unc. ß. pid. calaminar. Myrrh. rubr. thur. aſc. Maſtic. ariſtol. rot. an. unc ij. f. ulv. ſubtiliſſ. & hiſce probè mixtis ec. Bals. ſuccin. nigr. unc. ß. in huius efectu Rec. pulv. ſuccin. ℥ß. ol. laur. j. terebinth. ℥ß. calefiant ſeparatim, illis diſſolv. camph. ʒj. hoc facto oſtremò adde croci orient. ʒi omnius probè mixtis ſine refrigerare & um ol. Hyperic. f. magdaleones. Ditum hoc Emplaſtr. viribus augere ſi olueris Rec. huius Emplr. q. vis. ade flor. antimon. rubr. vitriol. rubr. lcinat. non dulcorat. Merc præciit. fixati an. q. lubet huius pulv. Rec. ß. Emplr. ſuperius facti ℥i. cum pauo terebinth. oleo ſuper prunas forna magdaleonem.

*Signa κακοχυμίας in ulceribus ex ſiccitate.*

Κακοχύμιαν ſiccitatis (quam detegit aro ulcerata ſqualens, & ſicca, ita t vel nulla ichoroſa ſanies effluat, vel

vel certè quàm paucissima: pars ulce-
rata asperior & durior) tollet secun-
Albucas pannus lineus, aquâ calid-
imbutus, cui adstipulatur Gal. L.
simpl. c. 7. & L. 4. Meth. cap. 2. lic-
aliàs ulcera non nisi vino madefac-
enda lib. d ulcer. vel posca, l. 4. Met-
c. 2. quia videlicet ulcus perpetua eg-
exiccatione, humectantia ei non co-
veniunt. L. 1. sec. gen. c. 7. hîc tame-
intemperiei ratione tepidam aquam
admittit. Fallopius aquæ, hydrelæu-
præfert, ait enim, aquam tepidam
præter id quòd humectat, etiam r-
frigerare, calorem scilicet evocand-
L. 3. c. 17. de iis, quæ fiunt in medi-
Linimentum huic malo convenie-
tissimum seq. est. Rec. ol. oliv. dulci-
unc. ii. succ. malv. unc. i. cer. rec. q.
ad ungt. mollissimum, quod hum-
ctat. Partibus circumiacentibus ext-
rius imponenda spongia, vel lint-
hydrelæo madefacta, donec siccitat-
signa recedant, & ipsa ulceris sicca i-
temperies curata sit: ad omnimoda-
curationem cum reliquis scopis, u-
ceribus omnibus, cōmunibus etia-
hæc conducent. Rec. Mastic. thu-

pic-

*Vlcera si madefaciēda, quæ conducāt.*

*Aqua tepida refrigerat.*

ris græc. an. drach. j. seuvi arietini ℥j.
ol. ros. unc. ij. ceræ parum. ms. vel ℞
resin. tereb. an. unc. ii. thur. aloës. an.
drach. i. ol. ros. unc. i. cer. q. s. ad ungt.
molle. vel ℞ succ. beton. agrim. tormentill. alchymill. an. unc. ii. ß. ol. ros.
umbr. viol. an. unc. iij. cer. q. s. f. linim.

E contrà Humiditas κακοηθείαν si excitarit (quod caro humidior, caro mollis, flaccida, multæ humiditates in ulceris porositatibus, & tandem membrum, cui ulcerata pars adhæret, vel totum corpus humidum, prodit) observatis observandis, videlicet intemperie non admodum intensa, corpore molli, aëre temperato, seq. conducent. ℞ cadmiæ drach. i. semis æris combust. ærug. æris. an. drach. i. alum. scissil. drach. ß. cer. nov. ping. v. ms. Humiditas si maior fuerit, ulcus parvum, sensus partis obtusus. ℞ æris squam. ærug. ras. an. drach. i. Lapidis combust. drach. ii. cer. unc. ii. semis Resin. laric. unc. semis ms. fortissim. si requiratur. Rec. æris squam. calcis vivis lotæ an. drach. ii. chalcitid. combust. drach. i. stibij drach. semis. cer. unc. ij.

*κακοηθεία ulcerum ex humiditate.*

unc. ij. Resin tereb. an. unc. j. affu[illegible]dendo liquida siccis.

*Curatio carnis flaccidæ in ulceribus.* Carnem flaccidam corriget hoc [illegible] tutiæ præp. c. c. ust. aloës an. ℥i m[illegible] vel ℞ calcis lot. ℥ii. alum. ʒß. ceru[illegible] ℥i. ms. valentissimè siccat quæ ℞ A[illegible]tim. ℥i. tutiæ ʒß. ms.

*Correctio Intemper. humidæ ulcerum.* Si cum humida intemperie, etia[illegible] frigida fuerit coniuncta feliciter qu[illegible]que adhibetur aq. vitæ chalybeata, [illegible] si ulcus abluendum, fiat cum vino, v[illegible] posca, vel decocto austerorũ, ut su[illegible] rosæ, germina rubi, folia myrti, b[illegible]laustiũ, malicoriũ, alumen, hypoc[illegible]stis &c. quæ in vino decoqui possun[illegible]

*Caliditas ulcerum quomodo abigenda.* Caliditas si infestet, hanc rubor l[illegible]vis detegit; convenient ungt. infri[illegible] Gal. de tutia, de ceruss. popul. Avice[illegible] laudat solanũ cum bolo arm. & ac[illegible]to aut cum santalis, externè, parti im[illegible]posita. Optimum quoq; est si lytharg[illegible] contrit. & aceto dissol. ol. ros. au[illegible] myrtin. subigatur & misceatur cum modico cerussæ, plumbi, camphora[illegible]

*Frigiditati ulcerum qualiter subveniendum.* Frigiditas si comitetur fomẽtis cu[illegible]rabitur, parari ergò poterit ex vin[illegible] albo intinctis linteis & superpositis [illegible] maiore urgente necessitate, poterun[illegible]

in illo[illegible]

stillo coqui salv. calaminth. origan. mentha & alia calida sicca: pro fomento etiam usurpatur aq. calc. viv. cum aq. vitæ, quæ valenter calefacit & siccat.

Præter enumeratas Intemperies ulcera quoque aliis divexantur symptomatibus, qualia sunt Hæmorrhagia, labia ostracosa, dolor, durities, os corruptum, varices, vermes.

*Hæmorrhagias ulcerũ examen.*

Hæmorrhagia ex continuitatis dissolutione, aut ex putrefactione orta, venalis, venalis an arterialis sit, cognoscitur; quãdo leniter, placideq; erumpit, à venis subrubeũ ac grossum exire videbimus sanguinem: si verò rubeus, spumosus & saltans prodit, arterialis esse judicabitur sanguis. Vbi ad sistendum sanguinem scopi emergũt observandi 1. quomodo vena sit læsa, nunquid tota transversaliter, aut secundum partem; profunda an superficialis sit læsio: cui scopo satisfaciet seq. pulv. incarnativus qui Rec. sarcocoll. myrrh. alo. Epat. sang. drac. thur. mast. an. drach. iij. bol. arm. drach. iiij. cũ stupis cannabinis ex alb. ovor. subactis & ulceri pulvere primùm solo injecto,

injecto, postmodum dictis stupis d
center ligato, sang fluxus retardal
tur: vel vino stiptico elvatur ulcus
orificium venæ sanguinem vomen
sic illutetur. Rec. alb. ovi unius pul
panni linei combusti unc. semis. ga
lar. farin. fabar. farin. volat. an. ℈
ms.

2. Ex putrefactione malum si pull
let, incarnantia dimittenda, & putri
separationi incumbendũ quòd ung
ægypt. præstabit, mundificando. Si p
tredo superficialis fuerit, profundi
autem quando extiterit Avic. con
mendatur medium quod ex partib
æqualibus mellis, flor. æris, alu
Roch. & aceti constat. Sin, ne sic m
lum cedere velit, quidam Merc. sub
cum aq. plantag. & farin. hord. su
actum applicant, quod tamen magn
requirit tum loci, tum temporis, tu
complexionis cautelam.

*Labia ulcerũ ostracosa, quæ tollant.*

Labia ostracosa, consolidatione
impedientia, corriget hic pulv. Re
Myrobal. citrin. ℥. semis. corall. ru
drach. semis. gallar. non perforat. ʒ
sang. drac. terr. sigill. ceruss. an. ʒi
flor. æris drach. ii. alum. combust. ʒ

Sarc

[S]arcocoll. Myrrh. thur. mastic. an. [d]rach.j.semis.Ms.f. pulv. subtiliss.cui [s]upponatur hoc ungt. quod Rec. ol. [r]os. ℥j. camom. myrt. an. unc.j.semis [a]xing. castrat.℥ii.gallin. unc.semis Me[d]ull. crur. vit. cerv. an. drach. iij. Ly[t]harg. unc. i. cerus. unc. semis bulli[a]nt ad colorem nigrum deinde ad[d]antur tereb. clar. drach. vi. pic. na[v]al. unc. semis. cer. nov. unc.i. iterum [p]arum ferveant spatula bene agitan[d]o, donec congelescant. Malum si [s]it pertinax hic pulv. inspergatur ℞ [c]eruss. Merc. subl. an. drach. i. hunc [c]ooperiat seq. Empl. doloris sedati[v]um & Escharam removens, quod ℞ [f]ol. malv. viol Lact. an. M. i. bulliant [s]imul in brodio carnis castrati,pisten[t]ur, pisturæ adde farin hord. ℔ semis. [o]l. ros. unc ij. butyr. ℥iii. vitell. ovor. [n]um.ij ut iii. f. Emplr. cum quo ad re[m]otionem Escharæ procedendum, [q]uâ abscissâ, digerendo & abstergen[d]o, finaliterq; incarnando pristinum [v]aletudinis statum acquiremus.

*Dolorem ulcerum quæ abigant.*

Nequoq; dolor, qui assiduus ulce[r]um comes esse solet, plura sympto[m]ata faciat scaturire, per evacuatio-

nem factam, Caſſia, Manna, aut diacathol.co etiam per ſeq. mitigabitur. Rec. fol. Hyoſcyam. Mandrag. vel papav. M. 1. obvolvantur folio chartaceo aqua madefacto, & ſub prunis, coquantur folia, poſtea liberentur à charta, adde croc. ℥j. caſtor. ℥ß. ms. vel ℞ cortic granat. Ros. deſtill. cum aq. & urin. æquis partibus mixtis, colat. adde cochl. j. mellis, alum. uſt. drach. j. bulliant rurſus ultimæ bullitioni adijce aliquid ſannicul.

*Duritiei ulcerum quæ tollant.*

Duritiei conducunt Embrocationes aquæ calidæ, aut brodium carnis arietinæ, Emplaſtra, quæ ad maturationem apoſtemata ducunt, inter quæ primum tenet locum Emplr. de Meliloto dictum, unguenta item de mucilaginibus parata.

*Oſſa corrupta quomodo tractando.*

Oſſis corruptiones externè prodit caro hebes & flaccida, internè ſpecilli indagatione opus habet, hiſce conferunt Raſio, ungt. ægypt. & cauteria actualia, Item hoc ſeq. Rec. Rad. peuced. ariſtol. rot. opoponac. Euphorb. an. ʒjß. tereb. ℥iß cer. ol. an. ℥ß. acet. ʒij. f. ceratũ vel ℞ Rad. acori cyper. galang. an. ℥j. fol. beton. melilot. prim.

rim. ver. chamædr. an. M. j. flor. anth. ambuc. camomill. an. p. j. sem. fœnu-ræc. lin. an ℥ j ß. flor. utriusq; stæchad. . ij. f. decoct. in aq. font. ℔ ij. qua fo-nentetur locus, vel inspergatur hic ulv. ℞ Aristol. rotund. ℥ j. peuced. ℥ ij. garic. Euphorb. an. ℈ i. vel Rec. Rad. euced. panac. Heracleæ aristol. irid. n. ℥ ß. thur. ℥ i. plumbi usti drach. j. aq. ut. ℔. iiij. vini granat. auster succ. li-non. an. ℔. ij. f. maceratio per 3. di-s & destillatio, qua indies pars. ab-atur. Miraculosè operatur in om-ibus ulceribus hoc seq. Rec. succis. nic. alchymill. symph. aristol. agrim. eton. artemis. rubr. an M. 1. in olla itrea cum vini ℔. iiij. ad tertias de-oque manè & vesperi cochl. unum xhauriatur.

*Nomis, quæ prosint.* Ad Nomas Experimentum infalli-ile hoc est. ℞ salis M. ij. acetos. M. 8. el 12. contunde & mitte cum sale in llam, affunde aquam ad eminẽtiam digitorum fac bullire ad consumpt. imid. adde aluminis combusti ℥ iiii. itriol. alb. pulveris. drach. i. hac aqua nalum indies bis lavetur. Tibias si ccupent Nomæ Rec. thur. mastic.

myrrh. Mumiæ an. drach.j.sem. Ireos sicc. drach. j. ß. aristol. rot. combust. abrot. combust. vermium terrestr. vino lotorum, Lytharg. an. unc. semis. æris & plumbi usti an. ℈i. gallar. nuc. mosch. cupress. curcum sant. alb. & rubr. an. ℈ij. sang. drac. bol. an. drach. semis. pic. naval. colophon. resin. tereb. an. unc.iii. ol. myrt. ros. nuc. an. unc.ij. f. ung. pro arcano quidam hoc celebrant. Rec. veronic. pyrol. sanic. beton. an. M. i. semis. concisis concidendis, infundantur cerevis. ut digitum emineat repone in cella per 6. septimanas adde alb. græc. unc. i. quod unà maceretur: dosis 6. cochl. indies duo manè, duo meridie, duo vesperi sumpta, & in modū sanationis, etiam cochl. minuenda.

*Vermes ulcerum ut depellendi.*

Putredinis soboles sunt vermes, qui in sordidis æstate præsertim, ulceribus quandoque generantur, & interdum vel oculis conspiciuntur, vel morsu dolorem inferunt, vel undoso motu & fætore insigni, suam præsentiam produnt, qui tollendi, specilli mucrone, vel tenacius carni adhærentes, primùm necandi, succo absynth.

ynth. abrotani, aloë, filice, felle tau-
ino. Necant quoq; eosdem sulphur,
nisy, chalcitis, viride æris. succ. hel-
eb. nigri, præterea Epithymi succus,
æpæ, pyrethrum, urina antiqua, lac
ytimall. Fomentatio item ex foliis
buli coctis in vino, optima est ad ver-
nes enecandos: succus item virgæ
astoris & succus parietariæ, cum
modico pulv. Elleb. nigr. statim ver-
mes interficit: Interfectis vermibus
etergendum ulcus valentioribus, ut
st aristol. cum melle, Marrubium
um melle, & valentissimum ungt.
gyptiacum.

*Vlcerum vestigia quo modo tollenda.*

Sanatis ulceribus vestigia sic dele-
is. ℞ Rad. cucum. asin. aristol. long.
ryon. cyclam. an. drach. ij. amyli, fa-
in. lupin, fabar. cicer. alb. depilat.
ulv. rad. ir. an. drach. iij. gran. been
ontus. cum aceto unc. semis. ossium
etust. combust. ad albed. perfect. sem.
nelon. cum cortic. cort. ovor. gumm.
eras. an. drach. i. pulverisatis omni-
us subtilissimè, cum succ. rad. bryon.
n quo decocta sit Rad. bryon. cum
ænugræc. orob. & bet. f. ungt. in
mortario, eoq; illinatur locus. Borax

quoq; cicatrices attenuando detergi
nec non passulæ cõtusæ cum ruta d
lent vestigia. Stigmata quoq; tollu
folia urtic. Radix item dragonteæ c
bryonia alba & melle, cicatrices ex u
ceribus factas curat. Tandem & ser
pinum cum aceto illitum vestigia u
cerum tollit.

## CAPUT IV.

## DE VARIOLIS.

SVperius L. 1. c. 13. inter papulas et
iam variolas numerari diximus, u
& communi nomine ἐξανθημάτων cō
tineri, & ab Arabibus papulas nomi
nari. Alzaravius vocavit Algigram &
Alasmon, Rhas. communi quodam
nomine, Pestem, quòd dum cæpit, in
star Pestis orbem peragrarit. Apu
Græcos & latinos, propter inconsue
tudinem nomine caruerunt: post
modum autem variolæ dictæ, ob si
militudinem, quam gerunt cum va
ris, qui çossi dicuntur Italicè, nequa
quam tamen veri sunt vari. Qui
busdam Morbilli dicti, quòd pueri
communes, vulgò die Kindsblattern,
Durchschlechten/Parpeln/Bocken/di
Masern.

*Algigram.*
*Alasmon.*

*Variolæ.*
*Vnde dictæ*
*coßi.*

Kindsblater.
Durchschlechten.
Parpeln/
Bocken.

**Masern.** Quæ sunt tubercula in toto corpore, omnium hominum & præsertim puerorum sponte efflorescentia, cum febre, dolore, pruritu & ichore purulento.

Diviserunt Authores hæc ἐξανθήματα, in sublimia & lata, sublimia variolas; Lata, morbillos vocantes.

*ἐξανθημάτων divisio.*

Horum differentiæ benè notandæ: variolæ sunt tubercula multū elevata; in morbillis verò vix apparet cutis elevatio, ita ut nisi manibus tractentur, non possint dijudicari. Materia item morbillorum proxima, multò siccior subtiliorq; materiâ variolarum. Variolæ videntur propria quadam naturâ oculos petere; Morbilli verò minus eos affligere consueverunt. Variolæ ferè semper in abscessus finiuntur, cum emanatione ichoris purulenti, propter quod, non solum pluribus diebus perdurare solent, sed etiam incredibiliter corpora deturpant, vestigia indelibilia relinquunt. Morbilli autem vix unquam septimum diem pertranseunt, quin aut evanescant ex toto, aut maiori ex parte minuantur & absumantur; præter-

*Differentia variolarum & morbillorum.*

*Variolis singulare, petere oculos.*

quam, quod nullum veſtigium nullamque fœditatem in corpore inducunt.

*Cauſæ variolarum.* Cauſas variolarum internas, Arabes aiunt eſſe reliquias excrementitias ſanguinis menſtrui, quo nutritur fætus in utero: cauſam verò efficientem eſſe naturam, vel calorem naturalem, qui inquinamento hoc menſtruali ſtimulatus univerſum ſanguinem exagitat, in qua exagitatione cùm multis motus laborq; fiat calor præter naturalis excitatur, ac ſubinde in ſanguine fit ebullitio, propter quā ſequitur, ut illæ ſordes menſtruales tanquam excrementum à ſanguine ſecernantur, & ſecretæ in partes cutaneas, tanquam in communem cloacam extrudantur, ubi ſi materia calida ſit & viſcida, variolas parit, ſin ſicca & ſubtilior Morbillos, (qui & purpura) inducit. *Purpura.* Avenzoar quoque ſuæ Medicinæ tr. 7. cap. 2. huic ſententiæ ſubſcribit: ſed cap. poſtremo dicti libr. diſſentit. *Fœtus non nutritur menſtruo.* Inquiens 1. Fætum in utero non nutriri ſanguine menſtruo, ſed totius corporis puriſſimo teſt. Gal. L. d. ſem. c. 8. & L. 1. d. tuend. ſanit.

2. Licet

licet in utero infans sanguine men-
tio non nutriatur, veruntamen ab
magnoperè inquinari & maculari;
c simili declarans: quod sicuti vi-
mus vasa, etsi vitriata sint, à rebus
positis inquinari, ita ut si in aliquo
e diu detineatur fermentum, ac de-
ceps fermento illo ablato, nova pa-
imponatur, expertum sit, pastam
am novam, vim fermenti, à vase in-
inato contrahere: sic fit inquit, ut
tus in utero diu contentus, tandem
sese contrahat labem, sanguis verò,
enstrui. 3. cùm infans utero egres-
s, quotidiè invalescat, augeatur &
bustus evadat, fieri non posse, quin
tura robustior effecta, tandem à
nguine omne inquinamentū amo-
i non aggrediatur, quod cùm agat
mmo labore & summa vi, necessa-
ò sequi deliria & febres. Conveni-
nt igitur de sanguine menstruo, dis-
ntiunt autem Avicenn. & Avenzoar
e alimentoso & inquinato.

Mercurialis L. 1. de morbis pueror.
2. statuit, licet fætus sanguine alatur
urissimo & dulcissimo, quia verò æ-
uè bonus & pravus sanguis simul

ſunt miſti, fieri, ut cum ſanguine p
ro non nihil etiam impuri attrahat
maxima ex parte in utero fruatur c
timo & puro ſanguine, ſed fieri n
quaquam poſſe, quin etiam non n
hil pravi ab ipſo attrahatur: cauſ
veras tamen variolarum nequaqua
aut ſanguinis menſtrui excreme
tum aut reliquas à menſtruo fæd
tas eſſe: 1. quia variolæ maxima
parte proveniunt vitio morbidi c
li vel aëris. 2. quod vitium ſanguin
menſtrui ſempiternum eſt, à mund
nato poſt peccatum Evæ, unde f
ctum eſt, ut homines ſemper hac m
ſtruorum labe ſint labefactati.

Perennis quoq; eſt cauſa efficien
ſcilicet natura aut calor naturali
quare cùm ſemper fuerit materia
agens, jure debuiſſent omni tempor
homines hoc morbo vexari, quo
falſiſſimum, cùm ante tempora me
dicorum Arabum, nullus Author d
hoc morbo extet. 3. Quod nullus e
homo, qui in juvente vel adoleſcen
tia, vel virilitate, aliquo morbo grav
non laboret, in quibus morbis, fi

ſan

alii ſed pravi nunquam inferti

[sa]nguinis ebullitio, fiunt putredines [d]onec expurgantur variis & diversis [m]odis corpora, quod si in sanguine [se]minaria huius mali à menstruis re[li]cta essent, deberent & hæc purgari [&] propterea, post alios morbos, ho[m]ines immunes esse ab his malis, [q]uod quidem nequaquam probatum [es]t, cùm certò videamus, homines [et]iam immediatè, post alios morbos [g]raves, tentari hâc ægritudine; imò [v]erò hoc usu evenire solet, ut qui [su]nt colore floridiore, qui habent [q]uasi inculpatam sanitatem, maximè [e]xerceantur ab his malis. 4. Si vario[l]æ orirentur ex menstruali labe, etiam [b]ruta, menstruas purgationes pati[e]ntia, qualia sunt Equus canis, asinus [te]st. Aristotel. L. 6. de Hist. animal. c. [1]8. & L. 1. d. gen. animal. c. 19. etiam [v]ariolis & morbillis tentarentur, ex [c]ausa materiali, sanguinis menstrui [e]x causa efficiente, calore agente, 5. [Q]uia natura, ut tueatur animal, om[n]ia excrementa nutrimenti excernit. [F]ern. L. 2. d. abdit. rer. caus. cap. [1]2. variolarum originem, ad cæcam [e]t arcanam aëris vitiati qualitatem

trans-

transfert. Fuchs. L. 6. Epid. commen
2. text. 18. & L. 5. de rat. med. c. 9. 
humoribus omnis generis excremen
titiis variolas oriri ſtatuit. Alexand
Petronius, medicus Romanus, al
mentum fœtus in utero putre, vario
las excitare voluit, quæ tamen ſenten
tia evidentiſſimæ rationi repugnat, u
& reliquæ enumeratæ ſunt inſuffic
entes. Cum Mercuriali doctiſſimo &
accuratiſſimo concludimus variola
& morbillos hæreditate paternâ, fier
ex ſanguine & ichoribus bullient
bus, ob calorem, qui in corporibu
excitari poteſt variis & diverſis ratio
nibus, quibus & hæc annumeranda
ſcilicet complexio calida & humida
habitus corporis tener & obæſus, æta
puerilis primùm, deinde Iuvenilis
Cauſæ externæ ſunt aër calidus & hu
midus, conſtitutio auſtrina, tempu
vernum, Regio calida humida, exer
citationes corporis immodicæ: ma
ximè autem morbillos ſolet efficer
uſus vini meracioris, ciborum cali
dorum, dulcium, item cibi corrupt
& putridi, nec non contagium.

Diagnoſtica.

Ad futuras variolas declarant rau

cedo

...io, quæ fit, quando ex ebullitione ...ta partes ſpirituales, exiccantur ...tes vocis, capitis dolor, oculorum ...aciei inflammatio, pandiculatio-..., lachrymarum fluxus, ſternutatio ...quens, ſubitus tremor, dolor ven-... & tormina, converſatio item cum ...ectis, χάλαζα ſeu albeſcentes puſtu-... in lingua ortæ.

ribertti.

χάλαζα

...Præſentes eſſe ſignificant delirium, ...ònia terrifica, pavores in ſomniis, ...ior gutturis & pectoris, difficultas ...nelitus, tremor pedũ & manuum, ...ris ſynocha, modò ſine, modò ...n putredine, faciei rubedo, & aſpe-...s totius corporis pruritus narium, ...ulorum. Sed maximum omnium ...icium eſt, cùm apparent tubercu-... veluti capita acuum, quæ mox ma-...a fiunt & rubra, indies augeſcen-... quouſq; tandem, albeſcunt, exul-...antur, & exiccantur.

...Motus variolarum Avicennæ cùm ...atur criticus: criſis autem vel bo-... vel mala; parem etiam conditio-...n cum illa obtinebunt variolæ, ...e tamẽ ut plurimum, bonum ſor-...ntur finem: Si enim ſint albæ, pau-

Prognoſtica.

cæ, &c

cæ, & ſine ullo accidente alio; v
multæ, & febris diminuatur, atq; al
accidentia, facilitas etiam adſit anh
litus, indubitatum ſalutis eſſe ſolet a
gumentum: Si verò variolæ ſint vi
laceæ, nigræ, aut virides, ſi vel pauc
vel multæ appareant, & nihilomin
reliqua exacerbentur accidentia, cu
difficili anhelitu, Exitiale ſignum h
betur, teſt. Averroë 4. collect. 37. u
in febribus, fiunt in cute tubera, i
totum malum, à cauſa peſtifera, pr
manare, præſertim ſi ulceratis tube
culis illis, fiant Eſcharæ, ſimiles com
buſtioni Ignis. Item ſi apparet ſanie
virulenta, mors præſtò eſt: ſi mod
appareant, modò occultentur, & a
helitus ſit difficilis malum eſt ſignum

*Pulſus & urina.*

Commotione ſanguinis etiam ſp
rituum fit æſtus qui per calorē febr
lem, per corp⁹ ſparſum, manifeſtatu
hinc ſecundum Gal. 9. Meth. c. 3. pu
ſus magnus, plenus, mollis, æquali
celer. Cumq; fiat motus à centro a
circumferētiam, urina redditur alb
pura, & ferè ſanis ſimilis: febris tame
quandoq; efficit, ſubrubeam vel ſub
rubicundam, ſpiſſam vel tenuem pe
totum

num, ſine ariditate & fætore, qui pu-
dinis proditor eſſe ſolet.

Collendi hoc malũ duo ſunt ſcopi, *Diæta.*
orũ 1. occupatus juvando naturam
ellentem. 2. tutando ne partes in-
næ & externæ aliquid detrimenti
iantur. Primo ſcopo ſatisfaciet
tæ proba inſtitutio. Aër igitur ſit
perate calidus, neq; copiâ panno-
n, ægri (quo mulieres plerunq; pec-
t) ſtrangulentur cavendum, modò
ema non frigeſcant. Cibi omnes
ſi vitandi, acres, ſalſi, pingues:
veniunt autem brodia in quibus
tæ ſint herbæ refrigerantes. In po-
bſtinendum à vino, donec penitus
ra ſit febris & omnia accidentia:
ducit autem hoc decoctũ: ℞ Fi-
m num. x. Lent. mund. ℥j. Lacc. ʒij.
. ſem. fenic. an. ʒiij. ſaccar. finiſſ.
coq. in aq. font. Mens. 1. ad re-
. ℔. iij. vel Rec. Rad. ireos flor.
l. Liquirit. an. ℥i. ſem. fænic. ʒii.
. junip. ʒiij. coq. in aq. font. Mens.
l conſ. 2. digit. colat. adde ſaccar.
. hoc decoctũ ſit quotidianus po-
Vires quoniam proſtratæ, quies
plurimum à naturâ ipsâ efflagita-
ſed & ſomnus moderatus eſſe de-

bet,

bet, eò, quòd ſomno cohibeantur
vacuationes. Animi quoq; motus
cet compeſcendi, tamen ira non fo
midanda, quippe quòd conferat
extrudendos humores in corporis ſ
perficiem, in Excretis, ne alvus nim
ſit lubrica invigilandum.

*Pharmaceutica.* Hâc obſervatâ diætâ, reliqua pha
maceutica maioris erunt efficaci
natura igitur, in expellenda mater
ſi langueſcat, ſeq. ſuffulciri & excita
poterit Rec. Lap. Bezoar or. gr. ii
unicorn. veri gr. ij. c. c. uſt. gr. iij.
pulv. alcoolisatus: vel Rec. Lent. p.
ficuum num. xv. hord. pß. fol. lacti
acetos an. M. 1. f. decoct. in aq. fon
℔ i. ß. huius decocti hauriantur ma
& veſperi unc. vii. viii. pro patient
qualitate, conſtitutione & ætate. hu
decocto miſceri poteſt vel ſuccus gr
natorum vel ribium, vel moror. co
duceret quoque aurum ſudoriferu
Quercet. in peſte Alexic. deſcript.
436. 437. Itē aquila præcipitata Kor
taveri, nec non Merc. Bezoardicus I
D. Hartmanni cum conſerva cordia
3. vel 4. Gran. pondere propinatus. v
tium debilitatem corriget hæc aqu
qu

uæ Rec. Aq. roſar. fragr. ℥iii. borag.
abios. flor. liſior. alb. cheyr. an. ℥j.
ıb. Manus chriſti perl. ʒiiij. Ocu-
, quos ſingulariter affligere ſolent
ariolæ muniendi, ſequenti modo. ℞
q. Ros. plantag. an. ℥iiij. ſumach.
nc. ſemis. macerentur per noctem &
odico albumine ovi f. mixtio, qua
odicum goſſipij vel bombacis ma-
efiat & oculi crebrò fomententur.
el ℞ Aq. Ros. unc. j. Aq. decoct. ſu-
ach. unc. ſemis camph. gr. I. ms.
em Rec. Aq. decoct. coriandr. Ro-
r. ſumach. an. unc. ij. croc. camph.
n. ℈i. aq. album. ovor. unc. j. ms. &
um bombace frequenter oculi irro-
ntur. vel Rec. Acac. Lycij, croc. an.
rach. j. camph. drach. ij. diſſolvantur
aq. ros. & frequenter cum pluma,
culi tingantur. Aures cum aqua te-
ida & oleo roſac. ex ſpongia foven-
æ. Nares poſcæ attractione, vel re-
epto fumo ex decocto ros. plant.
yrrh. munientur. Nec non per im-
iſſionem ſucci menth. cum ſanta-
s: admoveatur item acetum nari-
us. Faucibus utiliſſimi erunt garga-
iſmi parati ex ſeq. Rec. Aq. Hord. ℔.

j. ß. fol. plantag. ros. an. p. 1. sumac.
Ribes, an unc iij bulliant, quibus a
di quoq; potest succus granat. berb.
arant. diamoron, vel lambatur diap.
paver cum syr. farf. vel decoct. liqu.
jujub. fic. sebest. dissolutum. Ad li
guæ asperitatem Rec. Aq. portula.
℥i. sem. psyll. gr. x. stent per noctem
cuius infusione madefiat spongio
vel petia lini rara & lingua fricet
quater in die vel sæpius, valet etiam
aqua prunellæ & papaveris nigri sy
vestr. Alvus si non respondeat, ne
dum plenæ eruperint variolæ, nequ
quam catharctico movenda, ne dy
senteria, quæ lethalis in hoc affect
esse solet, subsequatur, aut motus h
morum perturbetur, & ab exterior
bus ad interiora retrahatur, ægerqu
mortis periculo subijciatur: irritan
da solùm glande simplici ex melle pa
rato, pariterque quiescendum, quan
do jam in toto corpore ad maturita
tem pervenerint juxta aph. 20. sect.
quæ judicantur & indicata sunt inte
grè neque movere, neque novare ali
quid, sive medicamentis sive aliter in
ritando, sed sinere oportet, sub finem

*Dyssenteria in variolis lethalis.*

tamen

men Mannâ vel caſſiâ reliquias ex-
rgare nil nocebit.

Sanguinis ebullitione quoniam va- *Cheirurgia.*
olæ oriuntur, eiuſdẽ quoq; miſſio,
corporibus habilibus utilitatis erit,
revulſionis ad exteriora, & reſtin-
ionis caloris febrilis gratia maximè
onducet, ſi ex vena cõmuni hæc fiat *Vena in variolis quæ & quando ſecanda.*
atim in principio: quidam autem in
artibus infernis, poplitibus ſcilicet
cruribus fieri perſuadent, quod ta-
nen in pueris, quibus hic morbus
roprius eſſe ſolet, locum non habet:
cet Avenzoar 7. collect. cap. 3. filio
uo, tertium annum agenti venam ſe-
uerit, & Rhaſes, pueris lactantibus *Arabum temeritas.*
quintum menſem exceſſerint, cu-
urbitulas apponendas præceperit:
uod tamen temeritati potiùs, quâ
rabes clari, quàm legitimæ curatio-
i aſcribendum: Si verò reliquæ cir-
umſtantiæ, venæ ſectionẽ ſuadeant,
atim in principio ad levandã naturã
anguis mittendus, quantitate mode-
ata. Cùm jam maturuerint, quod al-
edo ulcuſculorum detegit, & fran-
gere retardarint, melle farinâ hord.
ubacto inungẽda, ruptione ſaneſcent

*Vana persuasio vulgi de acu aurea.*

vel ruptio perforatione, secundum quosdam acu aurea, promovenda: quoq; amplius coalescant solent aliqui forcipe discerpere: ut mox exi[...]centur conducet hoc decoct: ℞ A[...] fluv. ℔. 2. salis. unc. semis hord. lupi[...] an. p. ß. croc. drach. i. bulliant & cum gossipio in huiusmodi aqua macer[...] to tangantur pustulæ vel Rec. fol. ta[...] marisc. myrth. ros. an. M. i. santal. o[...] mnium an. unc. ii. hord. p. ß. salis un[...] semis. f. decoct.

Relinquunt etiam variolæ in cut[...] coloris defædationem & quandoqu[...] foveas. Colorem corriget hoc se[...] quens Rec. Lupin. fabar. hord. an. M[...] semis. contusis crassiusculè, bullian[...] in aq. font. q. s. ac redigantur ad for[...] mam pultis, cuius cremor cum aqu[...] flor. ligustr. & sigill. salomon. expri[...] maturfaciesq; cum manibus manè a[...] vesperi diligenter abluantur.

*Calculus marinus.*

Vestigiis hoc ungt. utile Rec. ce[...] ruff. lot. Lytharg. aur. lot. pulv. rad[...] arund. adustæ, calcul. marin. (Stein[...] saltz) an unc. iiij. ol. lilior. unc. i. ol[...] tart. unc. ß. cer. q. s. f. ungt. Ad reple[...] tionem fovearum laudant usum pin-

guedi-

edinis humanæ, urſi, cinerem te-
d. uſtarum. Tollit etiam diſcolo-
tionem faciei, aq. rapæ coctæ, qua
cies calidè abluatur: oculorum ma-
las relictas aufert phlegm. ol. vitri-
. virid unc. ij. cum aq. ros. ℥i. mix-
m & quotidiè uſurpatum: plura vi-
antur apud Foreſt. ſect. 1. L. 6. obſ.
. De Morbillorum curatione pro-
editur eâdem methodo in hoc ſe-
undum vulgi perſuaſionẽ differen-
s, quod pannorum rubrorum im-
oſitione citiùs erumpere credantur,
uius nulla ratio alia tradi poſſet,
iſi quòd ruber color imaginatio-
em moveat, inde & ſanguinem,
uius igitur phantaſia fortius fuerit
ffecta, citius quoq; motum ſentiet &
contra, ſed hæc mulierculatum po-
iùs perſuaſionibus cenſemus aſcri-
benda.

*Panni rubri cur morbillos proliciãt.*

## CAPUT V.

## DE FISTVLIS.

Sinuoſa quædam eſſe ulcera L. 2. c. 1. relatum, quæ ma-lè quandoque à cheirurgis tractata in fiſtulas tranſeunt

*Fiſtularũ cauſa adjuvans.*

*σύριγγες* *τύλωσες*

quæ græcis σύριγγες: Frischl. τύλωσ[...] germanis Fessel oder Fistel/ab arund[...] num cavitatibus nomen deducent[...] dicuntur. τυλωσες, à callo, nisi enim f[...] cti sinus citò curentur subinde ind[...] rantur & callum contrahunt, seu [...] quidam interpretantur, ostracosa re[...]

*Fistularũ nomen unde.*

duntur: σύριγγες nominantur quò[...] vel fistulam pastoriam (Flötten) v[...] arundinem fistularem, vel fistulam a[...] vearis apum referant.

*Definitio.*

Est autem fistula, arctus, oblongu[...] & callosus sinus, aliquatenus indo[...] lens, in carne per exulcerationem o[...] tus, in cute oris conspectu arctioris.

*Divisio.* *A sinu.*

Habentur fistularum plurimæ diffe[...] rentiæ: vel à sinu deductæ, qui pe[...] longitudinẽ partis si protenditur, Re[...] ctus dicitur, quando in latus quodam[...] modo inclinat, obliquus nuncupatur[...] Rectus sinus, aut fundum superius, &[...] os inferius habet, & declivis dicitur[...] aut contra, os superius & fundum in-

*A situ.*

ferius, & Acclivis vocatur: vel à situ, figura, numero, magnitudine; vel à parte loci &c. denominatæ: hinc a-liæ sub cute extensæ sunt, aliæ al-tiùs penetrant, aliæ intra carnem

desi-

minunt, aliæ ad oſſa & cartilagi-
m penetrant; aut ubi neutrum
rum ſubeſt, ad interiora perveni-
t: Aliæ nervos attingunt, aliæ ve-
s, aut arterias occupant: aliæ præ-
rea ſimplices, aliæ duplices, tripli-
ſve ab uno ore intus orſæ quæ tres
ınt, aut etiam in plures ſinus divi-
ıntur. Aliæ faciles, aliæ difficiles
ratu; aliæ ſanabiles, aliæ inſanabi-
s; aliæ virulentæ, aliæ non.

A loco aliæ partium nobilium, aliæ
nobilium, hinc proprium quoq; à
co nomen etiam deducunt, ut ſi
ter nares & maiorem oculi angu-
m excitatur, græcis αἰγίλωψ & an-
eruptionem ἄγχιλωψ. Avic. Ga-
ab dicitur, in ulcus cùm degenerat
bſceſſus, Avic. Algabar, Latinis Fi-
tula lachrymalis: cuius duæ ſunt ſpe-
ies: 1. tactui renitens dura, glandu-
oſa, huc, illuc, absque eruptione
mobilis. 2. in forma parvi apoſte-
matis ſe oſtendit materiam purulen-
tam continens, quæ per corroſio-
nem erumpit & in fiſtulam degene-
rat.

*αἰγίλωψ*
*ἄγχιλωψ*
*Garab.*
*Algabar*
*Fiſtula lachrymalis.*

Occupant fiſtulæ alias quoq; cor-

poris partes, potiſſimùm verò ocu-
los, nares, tergum, pectus, pudenda
anum, cui frequentiores eſſe ſolent
propter ſitum declivem, equitatio-
nem & alias exercitationes, quæ cale-
faciunt & proinde affluxum humo-
rum contrahunt; quòd item propter
mollitiem & laxitatem, non ſolum
naturaliter humoribus acribus ſca-
tet, ſed etiam aliunde affluentes reci-
pit; inſuper bilem liberè, per omnia
inteſtina decurrentem, ſphincteris
miniſterio retinet, ut magis erodat:
ita ut natura illis aſſueſcat, & illis tan-
quam emiſſariis quibuſdam utatur, &
ad expurganda varia, quæ quotidiè in
corpore gignuntur excrementa.

*Cauſæ.* Cauſa fiſtularum cenſetur, partis il-
lius, quæ excavatur corruptio, cuius
nutrimentum defectu caloris in ve-
ram ſubſtantiam converti non po-
teſt: Ideò excrementitius fit humor,
qui erodit membrum absq; dolore:
*Fiſtula cur ſine dolore.* caret enim propterea dolore fiſtula,
quòd pars illa quaſi ſit emortua, hu-
morque ſit non naturalis, (naturalis
enim ſolet putreſcendo & rodendo

dolo-

[-]orem inferre) ſed adventitius ex [-]nento, qui illic corrumpitur.
[I]nterdum tamen fit etiam fiſtula, [ob] contuſiones magnas, quia omne [co]ntuſum, neceſſe eſt putreſcere & in [pu]s converti, unde ex globulis vi ſclo[pet]orum eiectis, contuſis circumqua[qu]e vel etiam altioribus partibus, fi[t], ſinus.
Specillo ſinus indagare neceſſe eſt, [qu]æ indagatio de profunditate & tor[tu]oſitate, nec non de oſſe, carie, car[til]agine, pluralitate & ſi quæ ſunt alia, [op]timus eſt magiſter: Si namq; mol[le] eſt, quod ultimò ſpecillo contingi[tur], intra carnem adhuc vitium eſt, ſi [re]nixus, ad os ventum eſt. Ibi deinde, [si l]abitur ſpecillum, nondum caries [est], è contra, ſi æqualis innuitur caries [qu]idem, verùm adhuc levis eſt, ſi in[æq]uale & aſperum quid ſubeſt, vehe[m]entiùs os exeſum eſt; cartilago ubi [su]bhæſit, ex renixu patet: de nervo [læ]ſo, dolor & ſenſus acutus, nec non [st]upor punctioq; cum motu deprava[to], declarant: venam eroſam, pluri[m]us craſſusq; ſanguis effuſus detegit: [ar]teriam, tenuis & flavus cum multo

*Diagnoſtica.*

 ſpiritu

ſpiritu ſtridóreq; manifeſtat. Ex pu
Fuchs. L. 7. c. 14. de med. morb. ſi
argumentatur; ſi plus fertur, quàm
quod ſimplici ſpacio convenit, pl
res ſinus calloſos eſſe manifeſtum
eſt. Ex carne, pus læve, album, copio
ſius fertur. At ex nervoſo loco, colo
ris quidem eiuſdem, ſed tenujus &
minus. Ex nervo, pingue & oleo no
diſſimile.

Ægilopis ſigna ſunt tumor, duri
ties, dolor, humiditatis ab oculo de
fluxus, gravitasque cum lippitudine
Hic abceſſus, priuſquam eruperit & i
fiſtulam migraverit, cognoſcitur eſſ
à ſanguine, per colorem rubeum, do
lorem gravativum, & facta compre
ſione, non albeſcit: à pituita ſi fuerit
prodit color albus, paucus & nullu
dolor; bilis ſi foveat malum, cogno
ſcetur à colore ſubflavo, dolore pun
gitivo, lachrymæ emanabunt cali
dæ cum pruritu, locus compreſſu
albeſcit: Humor atrabilarius, quan
do mali cauſa, cognoſcitur à colo-
re ſubobſcuro, duritie & pauco do-
lore.

**Fiſtulam factam eſſe depræhendes à**

mala

ula partis diſpoſitione, à ſanie viru-
ta, quæ comprimendo egreditur.
Fiſtulæ altiores, tortuoſæ & anfra-
ctuoſæ curatu difficiliores ſunt: ſi
multiplices, maius in manu, quàm
medicamentis præſidiũ eſt: minusq;
feræ eſt ſi ſub cute tranſverſæ ferun-
tur, quàm ſi rectæ intrò tendunt. Ex-
pedita quoq; curatio in fiſtula ſimpli-
ci recenti intra carnem, adjuvatq; ip-
ſam corpus juvenile, ſi firmum eſt,
inimica contraria his ſunt. Itemq; ſi
fiſtula os, vel cartilaginem, vel nervũ,
vel muſculos læſit. ſi articulum occu-
pavit: ſi vel ad veſicam, vel ad pulmo-
nes vel ad vulvam, vel ad grandes ve-
nas arteriaſve, vel ad inania, ut guttur,
ſtomachum, thoracem penetravit.
Ad inteſtina quoq; eam tendere, ſem-
per periculoſum; Semper peſtiferum
eſt, quibus multum mali accedit, ſi
corpus vel ægrum vel mali habitus eſt.
Ægrè etiam conſaneſcit, in ano fiſtu-
la, quæ orificio caret: tum quæ deli-
teſcit, & in os terminatur, multifa-
riamq; fiſſa eſt.

*Prognoſtica.*

Ægilops ægrè curabilis eſt, non
enim poteſt ab acribus medicamentis
curari, nam ab iis oculus cõficitur, atq;
læſæ

læſæ partis inflammatio augetur: levibus nihil alteratur, & hæc vel ill citra obligationem quæ totum oc lum complectatur, adhærere nō po ſunt quoniam impoſſibile eſt tot p ferre diebus, quot ad mali curati nem requiruntur. Ægilopa prætere carcinomatis naturam ſapiens, cur re periculoſum eſt; talis enim cur mortem accelerat: ſic ad nares te dens ægilops, non ſaneſcit, at quib in angulo eſt, aliquatenus curation recipit, ſed difficulter, quantoque an gulo propius foramen aſſidet tant difficilior. Summa Ægilopi recent & nondum fiſtuloſo, reliquo faciliu eſt mederi.

*Pulſus & urina.*

Partes Exteriores fiſtulæ occupan tes, in pulſu & urina nullas excitan mutationes: ad thoracis autem cavi tatem pertingentes, ſanguificationis que organa infeſtantes modò cele rem inflammando, modò tardum & inæqualem, ſanguinem eroſion fundendo reddunt. Vrinam pariter ureteras vel veſicam cùm occupant turbant, eamque iam albeſcentem,

iam

n sanguinolentam reddunt, venu-
badiacentes si corruperint.

## CAPUT VI.

## E FISTVLARVM CV-
RATIONE.

Olluntur fistulæ penè sola chei-
rurgia, cui tamen & reliquæ duæ
rtes pharmaceuticæ, diæta scilicet
pharmacia succurrunt: diæta in ul-
ibus descripta huc repetenda ve-
. Variat autem pharmacia, pro di-
rsitate loci, quem obsident, cuius
propriata medicus noverit applica-
videlicet in capite si orirentur, pill.
pulveribus capitalibus accursum
morum derivabit in hunc modũ:
c. pill. aggreg. aleph. arab. an. ℈i.
m syr. de stæch. f. pill. num. XIII. vel
Extr. sen. drach. i. troch. alhard. gr.
syr. d. beton. stæch. an. unc. semis.
ser. ℥iß. Aq. ceras. nigr. til. salv. an.
i. f. potio. pariter & reliqua medi-
menta dirigenda. Facta generali
acuatione, potiones roborantes &
iccantes partes interiores poterũt
æscribi hoc modo Rec. Herb. agri-
on. pyrol. alchymill. plantag. filicis
maior.

maior. cent. min. an. M. 1. lign. saf
fras unc. ij Guaiac. ℥iß. coq. & bu
ant in vini ℔. 8. ad consumpt. iiij.
git. de quo manè hauriat æger tepi
cyath. unum & sub ingressum le
cyathum, sudando matutino temp
re alternis vicibus.

Præmissis hisce generalioribus, a
cedatur ad cheirurgiam, ubi profu
ditatem & fistulæ locum sic investig
bis. ℞ agrim. & sal. com. part. æqu.
bulliant in s. q. aq. font. hoc deco
per syring. immittito, & adverte u
ægrotus conquæratur & per aquæ d
missionem f. saccus, ibi sequens in
pone (sine ulla scissione, quæ che
rurgis communis esse solet) opp
deltoch. ℞ vitriol. præp. ol. myrtil
an. ℔. ß, cer. virg. seu propol ℔.
liquor. aristol. rot. carab. mastic. a
drach. iiij. ms. f. magdal. Et hæc in
fistulis non profundis, sed intra ca
nem tantum hærentibus locum ha
bent: in reliquis autem sequenti
usurpanda; & quidem mortificatio
ni, ne ulterius serpant hoc condu
cit: Rec. camph. ol. oliv. an. ℥ß, pul
verisatam camphoram, per Noven
dium in oleo macerato, huius guttam
fistula

*Fistulas indagandi modus.*

*Cautela.*

ulæ immitte, tàm diu repetendo
nec malum ſerpendo quieſcat con-
nit etiam malignitatem & putredi-
m carnis, bonamq; regenerari facit
pulv. ℞ calc. viv. ℔. 1. Auripig. ℥iii.
℥iiij Farin. hord mellis alb. an. ℔. j.
ntuſis contundendis, cum melle &
ico aceto, formentur globuli im-
ttendi in fornacem piſtoriam, qui
ccati pulveriſentur, & huius pulve-
parum turundæ immittendæ im-
natur. Ejuſdem efficaciæ hoc lava-
ntum. ℞ aceti fortiſſi. vini acerbiſſ.
℥vi. calc. viv. ℥iiij. bulliant ad 3.
rt. conſumpt. colētur & quieſcant,
ſt adijce ſal. gem. ſal. armon. ſal.
r. Alum. plumos. an. ʒi. pulveris.
miſceantur vino rurſus colentur
r pannum, repone in vitro, & tan-
m adde parùm æruginis, quæ tin-
colore rubro, hoc eluantùr fiſtu-
Commendatur & ſeq. Rec ſur-
los hæderæ ſine foliis, contundan-
& deſtillentur per Alembicum,
a deſtillatione cum panno intincto
cus fiſtuloſus foveatur. Vel Rec.
rb. cyan liguſtr. plantag. caryoph.
m Rad. verben. flor. lin. Raph. ſylv.
atric. Rad. urtic. ariſtol. rot. ro-

rismar. viciorũ sylv. pseudomelan[illegible]
chelid. tormentill. lil. albor. an. M
Ms. & coq. in aq. font. s. q. express[illegible]
ne forti facta, adde sang. human.
lid. unc.iii. de qua mistione per syr[illegible]
gam fistulæ iniice, herbas autem [illegible]
terius calidas impone, mundific[illegible]
prius fistulâ vino albo. Fistulam q[illegible]
que purgat hoc ung. quod ℞ succ. [illegible]
rol. hederæ an. unc. vi. mellis unc. [illegible]
coquantur donec temperentur p[illegible]
modum adde thuris, myrrh. an. un[illegible]
ms. f. ungt. fistulis inijciendum te[illegible]
dè. Paracelsus in curatione fistu[illegible]
rum loco potionis vulnerariæ s[illegible]
commendat. ℞ cyclam. M. ij. sann[illegible]
alb. M. 1. sophiæ M. 1. coq. in vini s[illegible]
cui postremò adde ol. caryoph. dest[illegible]
unc. j. ß. de hac indies ter bibat, q[illegible]
potione cedere si nolint, jubet per [illegible]
ringam inijcere seq. ℞ ol. laterin. ℥ i[illegible]
terebinth. ℥ vi. caryoph. unc. j. ß. thu[illegible]
Mastic. myrrh. an. unc. ij. Mumiæ ℥ i[illegible]
destillentur rursus per alemb. sive r[illegible]
tortam. Exterius muniatur locus o[illegible]
podeltoch superius descripto.

Angustiam Fistularum dilatant r[illegible]
rundæ vulgò **Quel Meissel** / ex ra[illegible]

Ge[illegible]

rentian. cyclam. ſymph. paratæ & an-
quis oſtracoſis fiſtulis Gualtherus
Ryffius part. 5. cheirurg. germ. hoc in-
ſerit. Rec. ungt. ægypt. Merc ſublim.
. drach. j. Lixiv. unc. iiij. Arſenic. ℈i.
q. ros. unc. ij. plantag. maior. ℥iiij.
oq ad 3. part. conſumpt. Purgatis fi-
ulis & ad probam ſaniem redactis,
lenariam ſanationem perficiet hoc
ollyrium quod Rec. vin. ſubl. vin.
alvatic. an. unc. j. Mell. ros. unc. i. &
rach. iiij. pulv. Myrrh. rad. peucedan.
. ʒiiij. ſarcocoll. aloës. an. ʒj ſemis.
oq. ſimul lentè, fiſtulisq; inijciantur.
eliquam farraginem medicamen-
orum vide apud Aët. tetrab. 4. ſerm.
c. 55. Fuchs. L. 7. de meth. med. cap.
. Andream Chriſtianum Ripenſem
. 3. ſect. 2. c. 8. Nicol. Agerium phar-
acopol. reform. part. 1. pag. 7. 39. 128.
o. 143. 175. 177. 197. 203. 224. 269. 365.
21. 545. 592. 629. 655. 695. Angelum
ologninum c. 2. p. 946. de cura ul-
erum Tagaultrium L. 3. Inſtit. chei-
urg. c. 18. Hipp. ſect. 6. Libr. propr.
em ſect. 4. ſect. 1. Gal. 1. in libr. Iſa-
og. Item L. 1. de compoſ. pharm. per
ener. Witichium pag. 360. Gabel-

koverum p. 380. chalmeteum L. 3. In-
ſtit. cheirurg. c. 13. p. 184.

*Aegilopis cura.*

In Ægilope ſtatim in principio oc-
currendum inflammationi, revulſio-
nibus, derivationibusq;, tùm per ma-
nifeſtam vacuationem, tùm citra il-
lam: item localibus repellẽtibus, quæ
tamen non exaſperent aut irritent
oculum, unde collyria uſui futura
ſunt, quibus utimur ad fluxiones &
inflammationes oculorum reprimẽ-
das, additis illis, quæ ſtuporem infe-
runt, ut collyrium album cum opio
vel hoc ℞ collyr. alb. ℥ß. ros. aridar.
aloës, thur. an. ℈ß. corall. rubr. præ-
par. ex aq. ros. ℈ß. trita & in tenuiſſ.
pulv. redacta, ovi albo aſſumptus li-
neo panniculo molli & tenui excipi-
tur, demerſo nimirum panniculo in
medicamentum in dictam conſiſten-
tiam redactum, ut non defluat, &
loco inflammato bis quotidiè, ma-
nè & ſerò permutando imponitur.
Laudatur à Paulo ruta ſativa, cum
lixivio, quod ex cinere & calce con-
fectum eſt, contrita, cocta & impo-
ſita, licet in principio mordax ſit ocyſ-
ſimè tamen poſtea miteſcit, & ad o-

uſq;

usq; penetrat. vel Rec. staphisagr. ℥ij. ammoniac. in aceto dissoluti ℥ß. ms. & superimpone. Nux quoq; rancida, tanquam multũ discutiens ab omnib⁹ probatur. Ad exiccationem fortius collyrium hoc est. ℞ aloës, thur. sarcocoll. sang. drac. balaust. alum. an. ʒj. ærug ferr. ℈ß. f. collyr. cum aq. myrt. vel rosar. & usu exigente, sanies prius educatur deinde infirmus super latus, in quo non est fistula jaceat, & de prædicto collyrio, aliquid in aq. dissolvatur, tresque guttæ, interposito notabili temporis interstitio inter guttam & guttam in angulum proijciantur: hinc æger per 3. quiescat horas: sequenti die fistula optimè pariter exprimatur & fiet eadem cura, quæ tam diu continuanda quousque nihil à fistula egrediatur. Si verò os corruptũ sit, quod cognoscitur ex nigrescente colore, quodq; extrinsecis nõ juvatur medicinis, detectũ os, per triangularem incumbẽtis carnis factam detractionẽ Literam Δ referentem; aut terebello perforatur, vel scalpello, quatenus judicatum fuerit vitiatum, abraditur; aut ferro vel auro candente uritur, & postquam squamæ vitiati

*Oßis corrupti signum.*

*Oßis corrupti curandi ratio & modus.*

ossis à natura adjuvante, interdum ar-
te fuerint separatæ & expulsæ, ulcu[s]
siccantibus, & pro ratione opportu-
nitatis, detergentibus, carne replen-
dum, moxq; ad cicatricem perducen-
dum, ut alia cava ulcera; sunt qui post
carunculæ excisionem, terebra us[i]
humorem aut pus in nares derivarint.
Post factam cauterisationem Petrus
Beyrus in suo Encheirid. L. 3. cap. 26
hoc commendat ungt. ℞ cent. min.
aristol. rot. an. ℈i. myrrh. ʒj. alum.
gallar. an. ℈ß. ir. sarcocoll. sief. alb.
seu coll. alb. an. ℈i. vir. ær. ℈i. confi-
ciantur cum melle & f. ungt. Reliqua
petantur ex Io. Arculan. in 9. Almans.
c. 33. Paræo L. 16. c. 15. Aët. tetrab. 2.
serm. 3. cap. 85. Rondel. L. 1. cap. 62.
Fuchs. L. 1. d. meth. med. cap. 47. Fo-
rest. sect. 2. L. XI. observ. 15. Avic. Fen.
tert. tertij tract. 2. c. 14. & 15. Gal. tom.
6. Libr. introd. p. 220. & tom. 5. L. 4.
d. compos. pharm. sec. loc. p. 566. &
L. 5. p. 595. tom. 1. L. 10. de us. part. c.
10. pag. 648. Iul. cæsar. Arant. de tum.
præt. nat. c. 15. p. 160. Fistulam in pe-
rinæo quomodo curaverit Forestus
vide L. 26. obs. 1. sect. 3. pag. 557. Vteri

Fistulæ

fistulæ quomodo tollendæ consula-
ur Rodericus à castro L. 2. de mor-
is Mulierum. c. 30. pap. 207. & seq.
ani Fistulas curare docent Aët. te-
rab. 4. serm. 2. c. 11. pag. 843. Arant.
e tum. præt. nat. c. 61. p. 275. Forest.
ect. 3. L. 23. obs. 14. p. 438.

## CAPUT VII.

## DE CANCRO.

CVM fistulis parem malitiæ famam obtinet id ulcus, quod ab animalis aquatic. figura & forma nomen reportavit; tumore namque suo cancri corpus repræsentans, venis vero lividis crassisque ejusdem pedes & chelas referens Latinis cancer, dictũ, græcis, καρκίνωμα, καρκίνος germanis der Krebs. Huius Ethymi quidam rationem tradunt hanc, quod sicut cancri, animalia sunt aspera, suis chelis, quæ apprehẽdunt, firmiter stringunt: pariter & cancer morbus ægrè tractabilis existit, atque ubi semel in parte aliqua corporis radices egerit, difficulter inde avelli tollique potest, sed ceu clavo quodam firmatus esse videtur.

Cancer. καρκίνωμα. καρκίνος

*Species cancri.*

Hic nares si occupet, à curation[e] difficultate vel potius impossibilitat[e] Noli me tangere, Arabes Alharnab[et] vel Alharnab Avic. Fen. 5. Tert. tr[a]ctat. 2. c. XI. nuncuparunt. Ad Tibi[as] si pervenerit, erosione aspectu horr[i]bilis redditus Lupus, der Wolff qu[i]busdam nominatur: vel ex mala pe[r]suasione quorundam, (qui gallin[a]rum vel vitulorum vel hædorum ca[r]nes imposuerunt, falsò persuasi, quò[d] singulis diebus gallinam unam dev[o]ret, quam si non habeat, ægram pa[r]tem ipsum absumere afferunt) Lu[pi] nomen acquisivit: alias corporis pa[r]tes occupans ab illis denominatio[]nem accipit, hinc cancer capitis, oc[u]lorum, palati, labiorum, Mammar[um] uteri, sedis &c. appellatur.

*Noli me tangere. Alharnabet. Alharnab. Lupus.* **Wolff.** *Vulgi deliramentum in hoc malo.*

*Definitio.*

Est autem cancer, tumor præt[er] naturam, à principio exiguus, cic[e]ris vel pisi magnitudinem non sup[e]rans, durus, rotundus, asper, inæqu[a]lis, renitens, immobilis, coloris f[u]sci, livescentis, & nigricantis vel e[t]iam cineritij, tantæ postremò magn[i]tudinis ut si mamillam occuparit, a[d] axillas usque sese expandat, inferio[r]

autem

autem sui parte, nonnunquam ultra
costas nothas excurrat; interdum tor-
pidus ac omnis sensus expers, sæpius
dolorificus ac pro incrementi mo-
do, dolore punctorio caloreque acri
ægrum excrucians. Exulcerari si con-
tingat malum, præter dolorem, duri-
tiem, renixum, tumoremq; pars ejus
assiduè exeditur & rodendo altiùs pe-
netrat, ad carnem corruptam, & hinc
ulcus reddit fœdum, crassum, ma-
lignum, horribili terribilique aspe-
ctu, putridum ac fœtidum, labra ha-
bens prætumida, dura, inversa, cal-
losa, ex quo, sanies virulenta & pe-
stifera, tenuis sub nigra vel fulva,
odoris gravissimi & fœtidi, prodit
ac exudat, & quò impurius fuerit
ulcus, eò etiam malignius existit,
symptomatis sævioribus affligens æ-
grum.

*Causæ.*

Causam tanti mali Gal. c. 7. Lib.
de tum. præter natur. cap. 12. Lib 2.
de cris. putat melancoliam natura-
lem, quæ fex sanguinis dicitur. Lib. 3.
d. sympt. seu atram bilem redundan-
tem, quæ si in universo corpore super-
flua existat, Elephantiasin, uni autem

*Fex sanguinis atra bilis.*

parti insidens cancrum excitari contendit. Avicenna fieri vult à melancolia adusta. Oribas, à bile fervefacta: hinc colligitur, à bile atra mitiori, excitari cancrum occultum seu non ulceratum, sive is in internis, sive externis corporis partibus consistat: ab acriori verò generari exulceratum. dicti ergò humores in corpore, à jecore calidiore & ficciore geniti, & à liene infirmiore, vel alio quovis modo affecto, non attracti, neque extra corpus ut decet, evacuati, vel per febres ardentes cumulati, neq; vel medici opera per alvum educti, vel à natura imbecilliore per Hæmorrhoides, vel per menses, vel aliqua alia purgatione non purgati, in unum aliquem certum ac circumscriptum locum, per defluxionem delati, vel vitio alicuius partis congesti, atq; hac in ipsa parte, tanquam in Ergastulo & in Angustiis hærentes & conclusi, ac per putredinem, vel assationem, sive aliam quampiam ob causam, maligniores & acriores redditi, cancros gignunt ac faciunt.

*Cancer quæ loca*

Licet quoq; unamquamlibet partem

m occupare ſoleat hoc vitium, ma- *corporis potißimũ occupet.*
mè tamen ſuperiora loca aggredi-
r, circa faciem, nares, aures, labra,
ammas, imò & uterum ipſum tan-
am receptaculum omnium corpo-
ſuperfluitatum, quæ facilè eodem
loco putreſcunt: earum verò præ-
puè mulierum, quarum purgatio-
s menſtruæ ſolitò more non pro-
unt, vel ſi fluxerint, tenuior dunta-
t profluit humor, craſſiore in venis
anente: in viris autem plerunque
boriuntur cancri, quibus conſuetæ
ariſcæ ſive hæmorrhoides, per quas
umor ille craſſus, rudimentum hu-
s mali, expurgari naturâ conſuevit,
tra rationem ſubſtiterunt.

Quibus opitulantur etiam cauſæ *Cauſa Externa.*
xternæ cibi nimirum vitioſi, admo-
um calidi & craſſi, ut allium, cæpæ,
orrum, limaces, caro leporina, aſi-
ina, naſturtium, legumina, vina po-
ntia, aër item impensè calidus, ani-
i affectiones, ira potiſſimùm.

Cauſæ duplices, dupliciter etiam *Cancri diviſio.*
ancrum dividunt, mitiores, occul-
um, ſeu non ulceratum; ſæviores,

 mani-

manifestum, seu ulceratum nomin
tum generant.

*Diagnostica.*

Refert Gal. L.14. Meth. cap 9. Ca
crum incipientem, difficulter cogn
sci, quòd primò habeat acciden
mitissima & maximè confusa. T
stante enim Almans. tract. 7. incip
ens interdum vix magnitudinem le
tis æquat, interdum ad ciceris, i
terdum ad fabæ, interdum ad nuc
avellanæ quantitatem excrescens, a
cendit: quandoque festinans ita a
crescit, ut melonis magnitudinem
æquet.

Auctus jam signa clarissima habe
si tangitur, durus; colore; plumbeu
maximè dolens quia unitatis soluti
adest, ob multam materiam diste
dentem, & comprimentem part
nervosas, adest etiam intemperies va
dè calida, quæ dolorem excitare p
test: item conspicitur, caliditas, r
tunditas & inæqualitas, cum venis
circuitu nigricantibus, quibus si acc
dat locus suspectus, mammillæ sci
cet, nares, pudenda &c. cum habi
melancolico, adusto, corpus pra
cibis nutritum, facilè in cancri cogn
tionem veniemus.

Vlc

Vlceratus dignoſcitur ex fæditate
ceris, cum odore fædiſſimo, labiaq;
bet craſſa, prætumida, viridia, foris
verſa, eroſa, aſpectu horrida & ma-
mè dolentia ut ex ſuperiore defini-
one patet.

Affectus hic præter naturam, ſive exulceratus fuerit, ſive non exulce-ratus, ſemper is pernitioſus admodũ contumax & curatu perdifficilis xiſtit; tanta enim huius mali feroci-is ac ſævitia, ut etiam vehementiſſi-na medicamenta ſpernat, atque illis otiùs irritetur & excandeſcat, quàm lla ratione curetur: mitiora verò de-piciat ac planè contemnat, atque ubi emel radices egerit, incurabilis planè ſſe cenſeatur, vel ſaltem curatu cõtu-nax. Difficultatis cauſæ quoq; ſunt, uòd ab initio exiguus ſit ut etiam à eritiſſimis medicis vix agnoſci poſ-it idcircò neglectum à principio vi-ium, vix deinceps curari poteſt, ubi tamen adhuc recens fuerit, atq; non-dum exceſſerit tempus ac ſpatium trium menſium, neque perfectè ſta-tim, membro alicui inſederit, ſpem aliquam præbet ſanationis: at invete-

*Prognoſtica.*

ratum

ratum si fuerit malum, altiusque, i[illegible]
corporibus præsertim effætis inhæ[illegible]
rit, in quibus languidæ admodum
sunt vires in illis neq; medicamen[illegible]
acrioribus, neque ferro, neque ign[illegible]
vel cauteriis potentialibus curatio [illegible]
tra rationem tentanda erit, sed pr[illegible]
stat tales levioribus medicamentis
cura duntaxat palliativa tractare,
ne ferocius longiusq; serpat malum
curandum, ita enim multi ad extr[illegible]
mum usq; spiritum sunt servati.

Ferro vel ustione si aduruntur can[illegible]
cri, ferociores evadunt, multoq; m[illegible]
gis irritantur, nisi radicitùs extirpen[illegible]
tur, atq; venæ, sanguine melancolic[illegible]
turgentes, & undiq; ad loca circum[illegible]
stantia extensæ, nisi funditus excin[illegible]
dantur, Novacula excisi & cicatric[illegible]
obducti, nihilominus tamen reve[illegible]
tuntur, augescitque tàm diu malum,
donec tandem è medio tollatur æge[illegible]
omnis autem cancer, licet censeatu[illegible]
esse ferè incurabilis, vel curatu con[illegible]
tumax, omnium tamen difficiliori[illegible]
curationis sunt censendi Exulcerat[illegible]
Perfecta igitur eorum curatio nequa[illegible]
quam est promittenda. Inprimis et[illegible]
ian[illegible]

n obſervandus aphor. 38. ſect. 6.
acros omnes melius eſſe non cura-
curati enim citò pereunt, non cu-
i verò longius tempus perdurant.
Malum hoc horrendum non po-
t non etiam ſuâ malitiâ, reliquos
corpore humores inficere & per-
bare, hinc febres oriuntur putri-
, quæ per pulſum inæqualem, mo-
celerem & frequentẽ, modò par-
m & imbecillum, manifeſtantur.
elancolicus præterea humor, cùm
vum hoc excitet malum, uriniæ
nnunquam miſtus, eandem livi-
m reddit, ſpiritus & calorem ſan-
inis, cùm extinguit, uti plerunque
hoc malo evenire ſolet: Nigram
nninò reddit, & tum Læti calcan-
m viam ſciendum.

*Pulſus & urina.*

Omnimodam & abſolutam cura-
onem, cancrum reſpuere, iam con-
amatum eſt: Extrema verò quæq;
ntare, quàm ægrũ certiſſimæ morti
ommittere Aretæus & Soranus, nec
on Codronch. de chriſtiana & tuta
edendi ratione L. 1. c. 7. conſuluẽ-
, dicentes, pij Medici & humani
unus eſſe, Excruciato, in deſperatis
quoq;

*Curatio.*

*Medici pij munus in deſperatis morbis.*

quoq; casibus succurrere, tùm ne d
serti, spem omnem & animum, d
spondeant, & miserrimè pereant, tù
quia deplorati quidam ægrotant
præter spem ex maximè lætalib
morbis nonnunquam convaluerin
sed ut existimationi suæ medicus
iam consulat, assidentes de pericu
& interitu imminenti commone
ciat, qui ut plurimùm, sub huiusm
di gravissimum morbum cõsequi s
let. Non igitur deserendi sunt ægr
tantes in quocunq; existant statu, c
eorum solamen, ac jucunditatẽ, qua
ex medicorum visitationibus haber

*Diæta.* Quemadmodum autem in sa
teste Gal. 2. de differ. febr. c. ult. v
ctus ægrotandi adfert occasionem
eodem etiam modo, multò magis
laborantibus, ex erroribus in vict
admissis, graviores fiunt occasione
quamobrem non solùm cùm hom
nes ægrotant, sed cùm à morbo refic
untur quacunq; ex causa, in victu si e
raverint, offendi promptissimè cõsu
verunt: quæ in cancri curatione
evitentur, & ne cancer incrementu
suscipiat seq. victus ratio instituatu

nece

...ſſe eſt. Vitandi cibi omnes me-
...olicũ ſuccum generantes: ut ca-
...abula, cervina, leporina, porcina,
...ertim ſalita & aviũ, quæ in aquis
...antur: piper & omnes ſpecies ca-
..., caſeus antiquus, fabæ, lentes.
...ndum autem ptiſanæ cremore,
...va, atriplice, beta, & huiuſmodi
...is: piſcibus ſaxatilibus, carnibus
...um montanarum, pullorum, hæ-
...um, luteis ovorum, & ſimilibus
...coctu facilibus, & ſanguinem bo-
...n procreantibus: bibendũ vinum
...ue, album non valdè antiquum:
...ducit quoq; ob humectationem
...nnus prolixior.

Victui ſuccedat altera manus me-
...a, Pharmacia videlicet, qua corpus
...verſum, ſenſim & blandè (ne hu-
...ores plus juſto commoveantur, &
...ſperentur, vires item infirmiores
...dantur) ab humore melancolico,
...cuetur: cui ſcopo ſeq. Nodulus ſa-
...faciet. Rec. Rad. bugloſſ. polypod.
...erc. an. unc. ß. fumar. ſcolop. Ling.
...v. agrimon. caryophyll. capill. ve-
...r. an. p. iij. ſummitatum tamariſc.
...r. bugloſſ. violar. an. p. j. Rhab. El.
ʒjß.

*Pharmacia.*

℥jß. turpeth. albiss. ʒi. fol. sen. pu
unc.j. f. puppa infundenda in 2. Me
vini, de qua sing. matutinis ad unc. i
vel vi ex hauriat. vel ℞ Extr. sen. ʒ
Hellebr. nigr. gr. iij. syr. de fumar. ʒ
de pom. unc. j. Aq. cuscut. fumar.
plen. an. drach. iij. ol. anis. gutt. i
ms. vel Rec. conf. Hamech. drach. j
pulv. sen. ℈ii. cum syr. de Epith. q. s
pill. vel paretur El. Quercet. diahel
borat. descript. in phar. restit. p. 33
Hisce medicamentis aliquoties rei
ratis, & corpore sufficienter purgat
negligi quoque minimè debent, qu
cordi roborando conferunt cuiu
modi hæc sunt. Rec. conserv. bora
bugloss. anth. an. drach. iij. Ros. M
liss. an. drach. ij. spec. diamarg. fri
drach. j. confect. alkermes ʒi. car
citr. condit. unc. semis. cum syr. ac
tos. citr. & acetos. q. s. f. El. vel Re
spec. diamarg. frig. drach. i. arom. r
sat. drach. j. ß. Ras. Ebor. ℈ii. oss. d
cord. cervi ℈i. corall. utriusq; præp
rat. an. ℈iiß. diatrag. frig. ℈ii. sem. ac
tos. drach. j. saccar. finiss. ℥iiij. f. tra
vel propinetur Aq. cordialis Querce
p. 93. Aq. capon. pag. 94. Aq. cont
venen

*Confortãtia.*

[...]nena pag. 96. pharmacop. restit. de[...]ripta.

Tandem & ad cheirurgiam descen[...]ndum, ubi à phlebotomia facien[...]m initium, incidenda autem vena, [...]tas & vires permiserint, commu[...] vel jecoraria in brachio, & paucus [...]guis, pro vice extrahendus, si re[...]gerandi solùm & adustionem pro[...]endi, sit intentio: in proplite vel [...]o, si præcesserit in consueta hæ[...]orrhoidum vel mensium suppres[...] ; ad extractionem materiæ con[...]nctæ, secari quandoque poterit sa[...]ena.

*Venæ sectio.*

Causa antecedente sufficienter, vel [...]aiore ex parte purgata, topica erunt [...]plicanda, quibus humor, in partem [...]ectam effusus, si fieri queat digera[...]r ac discutiatur. Incipienti ergò [...]ncro, succus plantag. solan. lactuc. [...]tic. palustris. burs. pastor. conso[...]. min. agrimon. succus item omni[...]n spec. intybi, vel etiam ipsæmet [...]rbæ contusæ vel harum aquæ stilla[...]iæ : plurimum quoque juvabunt, [...]æ à proprietate cancris adversan[...]r, ut herba Roberti, tapsus barba-

tus, caprifol. cum succ. lactuc. aut m
NB. cilag. psyll. Cancri item fluviatile
ranæ virides & inprimis ol. de rani
quæ omnia in mortario & cum pist
lo plumbeo, si fuerint pistata, vel ag
tata in sole, donec aliquam crassitie
acquirant, & plumbi colorem cōtr
hant, eò maiorem vim & propriet
tem habebunt, contra huius mor
pernitiem. In horū itaq; uno atq;
tero simul mixtis succis, linteola ni
da ac leviuscula, pura, duplicata m
defacta, loco affecto erunt applica
da, & desuper mollis & benè pexa la
imponenda, quæ dictorū aliquo su
co semper conspergenda ne siccesc
NB. Commendatur insuper maximè ci
cancrorum combustorum, cera &
leo exceptus, passulæ quoq; dulces, c
acinatæ cum foliis rutæ & hederæ
mortario plumbeo contrita ac sup
posita. Ex his quoq; simplicibus p
sunt formari composita in seq. mod
℞ succ. utriusque plantag. consoli
min. scabios. cancr. fluvial. Rad. lili
alb. an. unc. ij. alb. ovor. nu. iij. ol. r
unc. j. ß. aq. Ros. unc. iij. acet. ros. un
omnia simul mixta agitentur in m
tario plumbeo modo ante dicto. C

me

rendat Paræus hoc quod ℞ blumbi
t & loti pomph. thur. an. ʒijß. ab-
nth. pontic. unc. ß. ol. ros. unc iij. cer.
i. ſucc. ſolan. q. ſ. ad liniment. quod
ſolvit & repercutit. His & ſimilibus
ncri incrementum ſi quiſpiam pro-
buerit, magnum quippiam effeciſ-
putet.

Progrediente verò cancro, ubi jam
ſignem aliquam magnitudinem ac-
uiſiviſſe viſus fuerit plurimum con-
runt ungt. in officinis parata, cuius
eneris eſt diapomphol. de Lytharg.
x plumb. uſt. cum axung. gallin. &
t. Emplr. de cancr. fluvial. Emplr.
x carn. limac. Emplr. de ran. quo-
um omnium compoſitiones peten-
æ ex diſpenſatoriis. vel paretur ſeq.
Rec. Lyth. ceruſſ. tut. præp. an. unc. j.
lumb. uſt. unc. ſemis omnibus in te-
uiſſimum pollinem redactis excipi-
ntur ol. ros. omphac. & camom. an.
nc. ii. pulv. cancr. fluviatil. & Ra-
ar. an. drach. i. ſemis. Ms. in quo
anni linei madefacti applicentur tu-
nori. Defenſionis loco, ne mor-
us recidat & pars corroboretur ſeq.
ræſcribi poterit. ℞ ungt. pomphol.
nc. ij. ex Lytharg. unc. ſemis. ol. ros.

 omphac.

omphac. an. ℥jß. agitentur in mort-
rio plumbeo & parti affectæ applic-
tur: plurimum etiam conferet bol-
armen. sang. drac. in tenuiss. poll. r-
dactus & ol. omphac. vel mucila-
psyll. exceptus. Ad removendam do-
lorosam punctionem & cancri calid-
tatem. ℞ ceruss. Aq. Endiv. acet. a-
ʒiij. opij gr. vi. f. liniment.

Exulcerato malo, præmissis unive-
salibus, diligens ablutio cum lacte c-
prin. facta plurimum prodest: cui
absterſiva miſta fuerint, maioris eff-
caciæ reddetur: ablui quoque poter-
ulcus, ac tota pars tumefacta, vino r-
bro, in quo taps. barb. plantag. agr-
mon. folia fuère macerata: conferu-
& metalla probè lota præsertim pom-
pholyx, plumbum, cadmia usta, & l-
ta cum lacte, in mortario plumbe-
agitata, item cerussa & lytharg. cum
ol. ros. agitentur. Dolorem etiam
mitigat seq. catapl. ℞ fol. Malv. alth-
an. M. ij. cocta in mulso, pistata ap-
plicentur parti affectæ vel hoc ungt-
Paræi. Rec. Ther. vet. ℥j. succ. canc-
fluvial. ℥ß. succ. lactuc. & ol. ros. an-
℥jß. vitell. ovor. sub cinerib. cocto-

num

am. camph. ʒß. piſtentur in mort.
umb. f. ungt.

Sanguinis effluxum, ex corroſione
narum & arteriarum, qui oritur,
ſtinguet hic pulvis inſperſus. Rec.
ol. arm. terr. Lemn. an. ʒvi. thur.
aſtic. ſarcocoll. an. ʒijß. myrrh.
oës an. drach. j. ſemis. tragac. ſang.
rac. an. drach. j. farin. hord. fabar. an.
rach. ß. ms. vel paretur ſeq. Dn. Fa-
ritij in libr. de gangræna cōſcriptus.
em Felic. Würtzij Lib. 4. cheirurg.
ap. 4.

Cura palliativa ægri quando non
ontenti, ſed cheirurgi manum effla-
itent, ac ſubire potius vitæ pericu-
um, & mori malint, quàm diuturno
empore miſerè tractari, dummodò
ublatum fuerit tàm fœtidum vitium
ive id ferro fiat, ſive Igne, vel alio
quovis modo, conſentientibus quoq;
grotí agnatis, præmiſſo prognoſti-
o, & ſignificato periculo, manuari-
am operam aggrediatur: & primò
omnium conſideret ſedulò, an in
molem ſatis magnam ſublatus ſit tu-
mor, atq; in ejuſmodi loco conſiſtat
qui oculis ſit expoſitus, & in quo ex-

cisio commodè fieri possit, veluti in mammillis vel etiam auris media parte: mox evacuato prius probè universo corpore, & educto per incisionem venæ sanguine, tumor totus radicitus ad costas usq; acutissima novacula excindendus, perquàm celerrimè, ad carnem usq; vivam, nec sanguinis profluvium statim compescendum erit, sed pro modo & conditione mali fluere permittendus, ac ex totius loci affecti ambitu exprimendus, ne quid supersit, quod recidivam causare queat, hinc vel laqueo vasa intercipienda, vel unâ cum venis, ipse locus affectus ferro candescente inurendus, dolor demulcendus & eschare casus procurandus, ulcus relictū more aliorum curandum. Quidam madefaciunt pannos lineos succo solatri vel plantag ac ulceri imponunt, eo tamen prius asperso pulv. arsen. & ne carnes sanæ ulceri vicinæ vi arsenic. corrodi possit, circumveniunt eas ung. defensivo de bolo arm. & succ. solatr. confecto, atque sic procedunt, ad extirpationem usque mali. Quod si autem accidat, locum affectum

...m, ad uſum medicamenti inflam-
...ri ac intumeſcere, deſiſtunt per 2.
...s ab uſu, applicando ſolummodò
...ccos prædictarum herbarum.

Eſt deniq; & tertius cancri exulce-
...i curandi modus, utpote ungt. ægy-
...iac. cancrum putrefaciente ob plu-
...ma tamen pericula inde ſubſequen-
..., tutiùs curâ palliativâ, tàm exulce-
...tos, quàm non exulceratos tractare.
...eliqua petantur ex Roderico à ca-
...ro L. 1. de morb. mul. cap. 22. Nicol.
...ſon. L. 3. c. 59. Fuchs. Lib. 7. Med.
...eth. cap. 15. Guilielm. Fabrit. obſ.
...heirurg. 1. Aët. tetrab. 2. ſerm. 2. c.
.... tetrab. 3. ſerm. 2 cap. 57. tetrab. 4.
...rm. 4. c. 43. Gabelkov. p. 79 & 376.
...etr. Beyr. L. 20. c. 7.

## CAPUT VIII.

## DE GANGRÆNA ET SPHACELO.

LEthifera ſua tyrãnide in corpore humano, graſſatur etiam horribilis Gangræna, γάγγραινα, cuius ἔτυμον qui-dam à ῥαίω, quod idem cum Φθείρω corrumpo, alii ab antiquo γράω, per

*Nomen Gangrænæ γάγγραινα.*

 diaplaſ-

diaplasmum ἐσθίω, comedo, absum[...]
derivant, vulgò **den heissen Brand** a[...]
pellitare solent. Et est partis cuius[...]
corruptio ad omnimodam νέκρω[...]
tendens, sensu hebescente, coloris[...]
flore livescente: ubi verò memb[...]
planè sunt emortua σφάκελον medi[...]
vulgus **den kalten Brand** vocat. La[...]
nis sideratio: Aët. serm. 2. tetrab.[...]
c. 56. caries. aliis ἐσθιόμενον; Avic. ref[...]
rente Manard. L. 7. Epla. 2. corrup[...]
Ascachilon nuncupatur. Hispanicu[...]
& Gallicum vulgus Ignem S. Ant[...]
nij & S. Marcelli nominant: Alij m[...]
nus propriè Herpetem dicunt. Ho[...]
etiam nomine insignivit ulcus cer[...]
bri depascens. Forest. sect. 1. Lib. 1[...]
obs. xi.

*Heiß Brand.* *Definitio.* *σφάκελος* *Kalt Brand.* *Caries* *Sideratio* *ἐσθιόμενον* *Ignis S. Anton. & S. Marcell.* *Herpes.*

Causas sævientis huius mali cùm[...]
indagamus omnium primò sese o[...]
fert humorum affluxus, qui parten[...]
perspiratione privantes, obstruction[...]
suffocant, exinde mortificant & Gan[...]
græniam inducunt: huic suffocationi[...]
opitulatur quoque frigus externum[...]
quod in congelatis seu catalepticis[...]
cernere licet, qui & ipsi sphacelantur[...]
quare & Erysipelas nimium refrige[...]

ranti[...]

-tibus, admotis, in Gangrænam
-grare contingit. Pariter & calor ex-
-neus excedens, gangrænam indu-
-, naturalem irritando. His adijcien-
-s quoque venit alimentorum defe-
-us, quem arctior constrictio adju-
-t: venenosi humores, in corpore
-nsistentes, geniti; vel à pravis ciba-
-s, vel pravo aëre attracto, cùm in
-rtem aliquam influunt eam morti-
-rant, ob id, ex ictu etiam venenoso
-ngrænæ solent excitari. Sic in vul-
-eribus, & contusionibus, luxationi-
-us &c. eveniunt gangrænæ, recitatas
-b causas, plures contemplari potest
-dulus indagator apud paræum Lib.
-. c. xi.

*Diagnostica.* Dignoscendi malum, causarum va-
-etas, modos diversos inducit: Hu-
-norum namq; affluxus, ex febri con-
-inua & maligna, dolore intollerabili
-ustula, sub qua macula nigra, flori-
-i coloris immutatione & invasionis
-nodo deprehenditur: incipit enim
-lerunq; talis gangræna in digito ma-
-gno pedis, progrediendo ad coxam
-usque, brevi temporis spatio. Sine af-
-luxu, Gangrænam ortam produnt,

 dolo-

doloris & pulſationis, ſine cauſa manifeſta, diminutio: coloris in par flammei & rubentis ſubitò in fuſcu aut lividum mutatio. A Frigore g neratam, acutus dolor pungens urens derepentè partem quando in vadit, indicat. Item ſi micans rubo ut Paræus docet L. xi. c. 13. tanquam à nive manibus tractata mox in liv dum colorem abeat; ſi pro acciden tario, qui inerat calore, mox frigu & ſtupor cum horrore partem occu pet, quaſi quartanario inſultu quat retur, reliquarum cauſarum ſigna ib dem ediſces fuſius.

*Prognoſtica.* Prognoſin definitioni Gal. in ſcholio aphoris 51 ſect. 7 hanc ſubijcit. Al utuntur aliquando verbo ſphacelare ad ſignificandum inceptionem, qu tamen nondum exactè completa ſi Tale enim quiddam carnoſis etiam partib⁹ accidit, quas Gangrænam pa dicimus, cum ob magnitudinem in flammationis inſenſibilitatem, nigri tiem, aut denique morticinum quen dam colorem intulit, & cùm in han diſpoſitionem tendere particula pati ens incipit. Sicut igitur gangrænam

iti

[...]am completam, ut pars ſit inter [...]rtua, ſanare eſt impoſſibile; dum [...] adhuc ſit poſſibile: ſic & ſpha[...]um. Sanæque partis carnoſæ in[...]tus, ex magnitudine Inflammati[...]s, quem propriè Medici Gangræ[...]n appellant, Græci, ſphacelum et[...] appellabant.

[...] Inæqualis cauſa, inæqualem red[...] pulſum: Inflammatio malum [...]ando induxerit, celerem & undo[...]m; refrigeratio, vermiculantem & [...]ϱον; ex animalium venenatorum [...]ibus cùm oritur malum, pro eo[...]ndem diverſitate & pulſus varian[...]r, de quibus infra. Cum pulſibus, & [...]ina mutatur, ac ex flavedine, in ci[...]ritium, tandemq; in nigredinem, [...]æ hîc loci, caloris naturalis extin[...]ionem deſignat, migrat.

*Curatio.*

Si unquam, certè hoc in loco, id [...]roverbium verificatur, quo jactatur, [...]rudelem morbũ, crudelem reddere [...]edicũ; dum igitur vera gangręna, & [...]c ſphacelus confirmatus, iam nõ niſi [...]erro & igne opus; ſævitiei tamen li[...]nites, ut cõſtituantur, præter cheirur[...]iã, & diæta & pharmacia cõducunt: diætam

diætam quod cõcernit, illa cauſæ ſe
per contraria ſit oportet: calidis i
tur conferent infrigidantia, fugien
hinc vinum & omnia calorem ſtim
lantia, potus verò aq. hordei in q
ebullierint acetoſa cum tamarind
adjecto ſyr. acetos. citr. limon. gra
tor. Rab. rib. berber. &c. frigus cau
quando fuerit victui immiſcenda r
marinus, Hyſſopus, thymus, major
na cinamom. & ſimilia. Melancol
excedenti & malum cauſanti ſuccu
ritur victu probi ſucci, mediocrit
humidi, vitando cibos, melancoli
ſuccum generantes, potiſſimum a
tem fugienda omnis cruditas.

Victui manus auxiliatrices ſupp
nendæ pharmaciis educentibus hu
morem peccantem, quorum è num
ro, neceſſitate urgente hoc poterit e
ſe quod ℞ El. de ſucc. roſar. ʒiij. ſy
diaſer. ℥i. de cich. cum Rh. ℥ſem. Ac
acetos, Endiv. Lactuc. an. ℥j. ms. bi
lis fervorem hæc potio, educendo
eam ſenſibiliter reſtinguet: pro me
lancol. educenda, confect. Hamech
hieralagod. diaſen. &c. commoda
bunt. Interim tamen & ipſæ vires, pe

viru

s gangrænæ debilitari, quæ maxi-
solent, reficiendæ vel aquis, vel
lis vel aliis appropriatis medica-
ntis; qualis hæc ℞ Aq. flor. cheyr.
ag. bugloss. acetos, Ros. Meliss. an.
confect. alkerm. ℨi. spec. diambr.
mosch. dulc. an. ℈ß. Ex pulv. seq.
ari poterit ℞ c. c. præp. ℨß. corall.
r. Marg. præp. an. ℨj. succ. albiss.
unic. gr. v. lap. Bezoar. gr. vi. f. pulv.
sui adijciatur saccar. q. s. dissolvi
sunt in aq. acetos. & parari rotulæ
morselli. Eiusdem conditionis e-
t El. ex conserv. bugloss. Rosar. vi-
cum syr. acetos. citr. arant. aceto-
. & si quæ sunt alia, ut & hic pulvis
Bol. orient. terr. Lemn. an. ℨiij. Rad.
nt. tormentill. sem. citr. cinam. an.
ch. ii. scord. utriusque Marg. præp.
d. cord. cerv. cc. ust. præp. an. ℨi.
s. drach. i. vide Fabric. de gangr. p.
5. Item hoc applicetur Epithem.
aq. bugloss. Borag. an. ℥ii. vini mal-
t. unc. i. acet. unc. ß. spec. diambr.
marg. frig. an. drach. semis. lign.
oës, cortic. citr. Ras. ebor. an. ℈ß.
oc. gr. vi. f. Epith. succedunt alia Ex-
rna, quæ duplicia: defensiva & cu-

rati-

rativa: defensivis opus est, cùm Gan-
græna est sanguinis fervore & accu...
oritur; ne igitur materia ad par...
principes recurrat, in ambitu tum...
locus liniendus ungt. ex bolo a...
terr. sigill. santal. ol. rosar. vel myr...
& aceto, alii addunt succ. plantag...
solan. vel applicetur seq. ℞ Bol. a...
℥iiij. terr. sigill. ℥ij. c.c. ust. Ras. eb...
an. ʒii. camph. ʒiij. cer. unc. iij. ol. ...
℔. j. acet. unc. iiij. Aq. Ros. unc. ii. ...
ovor. nu. ij. f. ungt. vel ℞ farin. H...
℥iiii. bol. arm. alb. ℥ii. pulv. gall. vi...
Nuc. cupress. cortic. granat. an. ...
cum oxymell. f. cataplasm. Eid...
scopo inservient quoque venæ sec...
nes, item hirudines, ligaturæ, con...
tientibus reliquis indicantibus: ...
ctiones hîc respuuntur, eò quòd ...
guinem potius reddant fluxibili...
quàm restringant: Liberiorem et...
à malignitate reddit hominem ...
in malo alvus libera, quæ vel po...
nibus, vel clysteribus vel suppo...
riis procuratur. Potio hæc sit ℞...
El. diacathol. ʒiii. Lenitiv. drach...
Aq. bugloss. Meliss. acetos. an. u...
f. potio. clysterem parabis ex dec...

cor...

mm. in quo dissolutum sit El. Leni. diacass. cum Manna, bened. laxat. similia. suppositoria parentur vel ia ex butyro, ficubus: vel acriora, mell. cum spec. acuantur etiam ercore murium.

seq. modo paratur. absumendo. Rec
lign. Indic. ℔. i. sars. parigl. ℥iiß. mi

nutim

m incisæ ms. in. oll. 8. Mens. im-
fervidâ aquâ fontan. pone ad 24.
as probè tecta in loco calido, co-
Igne lento ad consumpt. 3. Men-
Eiusdem efficaciæ seq. El. per 40.
sumptum conducit Rec. sars. pa-
El. vel lign. Indic. unc. iij. sen.
ent. unc. ij. turbeth. drach. iij. tart.
. j. semis. syr. Ros. sol. ℔. ij. ms. de
capiat æger unc. semis. quotidiè
dies 40. Lucas Ghinus Medicus
onienſ. seq. utitur decocto ℞ seri
rin. toties percolati, donec in co-
ra nihil caseosi remaneat ℥xv. pas-
unc. semis. ms. bulliant ad 4. part.
nsumpt. deinde adde card. bened.
rim. fumar. an. M. semis. beton.
n. drach. ij. Epithym. veri. drach. j.
rum bulliant 20. Ebullitionibus
mum adde fol. sen. orient. unc.
nis. & unica ebullitione bulliant,
noveatur ab igne manè fiat co-
cum expressione, quæ calidè bi-
tur.

NB.

Hæc generaliora sequuntur chei-
rgica in capitis igitur dolore. Rec.
cc. Enul. campan. bryon. styrac.
lamit. terebinth. an. unc. j. gum.
heder.

heder. unc. semis. ping. urs. anser. la-
tyr. ol. irin. q. s. inungatur in terna p[...]
brachij circa cephalicam.

Vlceribus colli conducit seq. R[...]
Aq. ardentis aceti an. unc. ij. disso[...]
in hoc theriac. ℥iii. destillentur, h[...]
destillationi adde bol. arm. drach.[...]
& f. collutio oris, cum decocto li[...]
si bulliant gallar. drach. ii. Myrrh. ℥[...]
cupul. gland. drach. i. & hoc os c[...]
luatur.

Dentes tremuli eodem corrobo[...]
buntur, & singulariter illis prod[...]
muscus striata.

Defluvio capillorum consulet[...]
lixivio in quo abrotanum capill. v[...]
ner. Rad. Lapp. maior. &c. efferbu[...]
rint, præsertim si facta lotione, cap[...]
serpentis pinguedine inungatur.

Tophis duris applicetur seq. Emp[...]
Rec. ol. cam. ros. lilior. aneth. an. ℥[...]
axung. gallin. anser. an. unc. sem[...]
ping. serp. unc. i. tax. urs. an. unc. i. [...]
mis. Lumbric. unc. i. ranar. virid. n[...]
vi. vini opt. ℔. ij. coq. ad consumpti[...]
nem vini colat. adde resinæ unc. ii. t[...]
reb. clar. unc. iij. Mastic. aloës thu[...]
myrrh. an. ℥i. lytharg. aur. & argen[...]

ceru[...]

. Antimon. an. unc. ij. coq. omnul exceptis gummis, ad nigren parvam, donec consistentiam irat mediocrem, tum addatur q. s. refrigerari cùm incipit poò adde Merc. præcipit. unc. iiij. el Rec. succi bryon. cyclam. an. ol. olivar. ℔. semis. Sesam. ℔. j. ull. cruris bovini ℔. semis. butyri t. unc. iij. bulliant in igne lento ccorum consumptionem tum cortic. rad. cappar tamarisc. sem. cast. an unc. j. semis. Ammoniac. an. Bdell. aceto dissolut. an. ℥ se- styracis ʒ vi. ceræ q. s. f. Emplr. cui inem post solutionem ceræ adæ unc. iiij. Merc. viv. continuè spatula agitando, donec refrige-

Gonorrhœæ virulentæ succurrit ctum ligni sæpius injectum, vel pulv. Millefol. drach. ii. bol. arm. i. ms. Huius mixturæ ℞ ʒ i. cum sorbili exhauriatur, quam potio sequatur potio succ. sempervivi. lcera virgæ ungt. hoc tollit Rec. enic. ros. virg. past. an. unc. iiij. arg. argent. ℥ i. virid. æris drach. i.

sulph.

ſulph. ℥iiij. coq. unà ad conſump
part. quo ulcera inungantur, vel R
acet. & aq. font. an. Mens. j. alum.
Rad. chelid. unc. ß. coquantur ad c
ſumpt. digit. unius, quo veretrum
pius involvatur vide ulterius Herc
xon. c. 37. ubi ait. Experimentum
verum & videtur poſſe confirmar
ſcalig. exercit. 180. cap. 18. qui ſcr
Affros à Lue venerea curari dum
Numidiam & Æthiopiam ſecedu
Hoc quoq; ſcio Antiquâ Gonorrh
plures fuiſſe liberatos, qui cum vi
ne rem habuerunt, ſed tunc mu
inficitur.

*Gonorrh. tollendæ Experiment.*

Inflammationem tollere ſi veli
albumen ovi tene cum pauca qua
tate aluminis donec linimenti for
acquirat, hoc inungatur locus.

Puſtulas pudendi auferet ſeq. R
Aceti opt. Mens. dimidiam virid.
℥ij. lytarg. arg. ℥i. coquantur, ad n
dietatem, quo abſtergantur ulc
hoc facto inſequatur inunctio cu
ol. ovor. vel coquatur vinum cu
alumine & virid. ær. vel ℞ lap. ca
minar. ℥i. Lytharg. ℥ß. bulliant cu
aceto ad ungt. conſiſtentiam, hæc,

co

ra multoties curasse dicitur.

Scroti tumoribus seq. conducet ℞ ii Mens. i. vitriol. ung ℥i, alumin. coq. in sartag. cupr. in quo intin- tur pannus cærul. & scrotum invol- tur, sæpius reiterando. Idem efficere editur, si foveatur locus cum aqua rorũ, in qua liquefacti fuerint M. sal communis.

Glandis exulcerationi internæ con- et, quando indies bis vel ter ad tiduum per syring. seq. injiciatur. ov. nu. I. cum aq. ros. optimè agita- m & injectum.

Thymos carnemque supercrescen- m tollet hoc. ℞ aristol rot. unc. ß. drach. iiij. virid. ær. unc. sem. Bellid. c. j. omnibus subtiliss. pulverisatis, pergantur affectibus. Reliqua ex thoribus, quorum plurimi occu- ti sunt in hoc morbo peti possunt, superius, sub finem definitionis idam alligati, unico notato Hercu- n Saxoniæ c. 16. p. 272. præservatio- m tradere non contemnendam.

Ad macularum in cute relictarum olitionem inserviet seq. Rec. pipe- long. ℨß. Aluminis drach. iij. Merc.

ſubl unc.ß. croc. Euphorb. canthar
an. ʒß. ceruſſ. ʒiii vini ardentis ℔.
quo maculæ abſtergantur.

De reliquis informant Fracaſt
crato. Chinus. Foreſt. Pareus, A
tius, Fernel. & alij innumeri præ
puè de Rhagad. vener. conſul. P
cap. 29.

Grien. Stranguriæ virulentæ, vulgò d
grien dictæ c. 17. proſpicit, comp
tum etiam habetur profuiſſe ol. co
acet. & piper. nigr. pari quantit
hauſta.

*Venæ ſectionis cautela in Lue venerea.* Pugnant quidam medicorum
venæ ſectione, ubi notandum, n
omnibus ſtatim ſanguinem mitt
conſultum, ſed tum demum ex c
vacci decreto cap. 6. de Lue ven
cùm Lues generatur à ſanguine
corpus affectum morbo ſanguin
ut inflammatione, laborat. Mo
autem Luis ad inguina, prohibet
næ ſectionem, hinc illis tumeſcen
bus nullo modo ſectio tentanda.

*Quæ vena ſecanda in Lue vener. & quan-* Secanda autem interna cubiti
na, quam baſilicam appellant, qu
do partes collo vicinæ infeſtant
Externa, quam cephalicam voc

qu

ando frontem, caput, palatum, *tum evacuandum.*
ces & collum symptomata impe-
it. Communis verò & media,
ando partes supernæ & infernæ ex
uo afficiuntur. Trahendum au-
tantum sanguinis, quantum
otantis ætas, vires & temperatu-
morbi, symptomatumque vehe-
ntia & circumstantis aëris status
uirere videbuntur.

Præservationis ratione, abstinen-
omnimoda est optima, qui ta-
n periculum experiri volet (à
divinum edictum meritò avo-
e debet) membrum prius deco-
Fallopij tract. proprio de Lue
er. cap. 89. abluant, vel aceto,
rosaceo. At si quis negligentior
rit in abluendo, & congressus cum
ecta, sentiat quasi puncturas acu-
in glande, timendum est de pu-
is, quare sæpe partes abluat.

Si pustulæ jam appareant, sæpius
die abluat illas aqua plantaginis,
qua partes 2. alumnis & pars 1.
g. æris ebullierint. Si ulteri-
malum procedat, jam curatio-

ne opus erit, non tantum præserv
one: interim patiens victus rati
ad frigidum declinante utatur,
non talibus, quæ Hepar refriger
possint, faciendo ex iis decocta & ℥
vel unc. vi. quotidiè manè poter
addi & serapia, ut sit gratius, qu
refrigerent & corroborent He
Reliqua petantur ex Herc. Sax. de l
vener. c. 16. p. 272.

## CAPUT XII.

## DE VLCERVM CORPOR RELIQUORUM ENUMERATIONE.

PRotuberant & alia in corpore
cera variis nominibus insignit
delicet inter maiorem oculi angul
& nasum abcessus quidam, pus co
nens, quod erumpens aut os exe
aut ad angulum vel usque ad nares
stillat, græcis αἰγίλωψ, seu ἀγχίλ
Hoc autem nomẽ invenit ἀπὸ τοῦ ἀ
quod est prope & ὤψ id est ocu
quia prope oculum sit, αἰγίλωψ v
ab αἴξ quod capra est. Angulus au
maior, quibusdam etiam Hircus
catur. Andr. Christ. Ripens. L. 4.

αἰγίλωψ

ἀγχίλωψ

Hircus.

4.

.12. inquit, dicitur αἰγίλωψ, quasi
caprinus oculus, quia pars prædicta
tumet & rubet, perinde ut in capris.
Illo abſceſſus priuſquam in ulcus
rumpat, ἀγχίλωψ, poſt eruptionem
αἰγίλωψ vocatur. Avicenna Garab
nominat. Halyabbas cornu vocavit
&c corna, ἀγχίλωψ Avic. Bachilus di-
citur. Latinis fiſtula lachrymalis Ger-
manis **Augenfiſtel** de qua etiam ſupra
. Alzaravius Abracor nominat.

*Garab*
*Cornu*
*Corna*
*Bachilus*
*fiſtula lachrymalis*
**Augenfiſtel.**
*Abracor*

Huic ſuccedit juxta aures ulcus
Græcis παρώτις Avicen. Fugille: ſed
ſecundum chalmet. L. 1. c. 35. Bubo
in axilla etiam Fugilla nominatur,
hoc ulcus inflammatio eſt cum apo-
ſtemate in glandulis poſt aures, ger-
manis **Geſchwär hinder den Ohren**
oder **Ohrenmützel.**

*παρώτις*
*Fugille*
**Ohrenmützel.**

Ejuſdem farinæ ſunt ἐπινυκτίδες, pu-
ſtulæ, colore vel ſublivido, vel ſubni-
gro, fabæ magnitudinem non exce-
dentes, in eminentibus partibus, ut
tibiis & pedibus maximè naſcentes:
circa has vehemens inflammatio eſt,
& cùm adapertæ ſunt, reperitur intus
exulceratio mucoſa, color eſt humo-
ri ſuo ſimilis, dolor verò ex eis, ſupe-

*ἐπινυκτίδες.*

rat magnitudinem earum: Nomen
nocte acceperũt, vel quòd noctu gr
viori dolore torqueant, vel ut Cels
voluit, quòd noctu ferè oriantur. P
nius eas pustulas liventes, ac noctib
inquietantes nominant. Arabes ve
Essere, sere vel saire, ejusmodi pust
las vocaverunt.

*Essere*
*Sere*
*Saire.*

Infestantur quoq; ulceribus ocu
variæ autem sunt differentiæ, Na
alia exulceratio superficiaria, alia
va. Ex superficiariis una similis
aëri caliginoso, colore cæruleo pr
pè, unde caligo dicta Avicenn. A
chasi. Altera profundior, minor,
ba quodammodo Nebula, græcis N
φέλη seu ὀμίχλη sive chatemãt. Te
tia in nigro oculi profundior co
rem cineritium referens, ἐπίκαυμ
serapioni Aufume. Quòd si exulce
tio altiùs penetraverit, cum crusta i
nigro & albo oculi, ἔγκαυμα voc
tur. Et hæ ulcerationes ab Aëtio t
trab. 2. serm. 3. cap. 25 superficiar
dicuntur.

*Caligo.*
*Alchasi.*
Νεφέλη.
ὀμίχλη
*Chatemã.*
ἐπίκαυ-
μα
*Aufume.*
ἔγκαυμα

Vlcera cava juxta Paulum quadr
plicia sunt, unum cavum angustum

P

rum, græcis βότριον Latinis fossula *Βότριον*
itur, Avicen. Anulum vocat seu *Anulum*
lunum : alioquin βόθελον parva *Fossula*
minatur fovea seu scrops, à cuius *Aulunum*
itate, dentis alveolus & cavitas ap- *Βόθελον*
latur. Alterum latiùs seu minùs
profundum, græcis κοίλωμα Avi- *κοίλωμα*
nnæ Lilimie seu Luluma. Ter- *Lilimie*
m in iridis circulo nascens, ita ut *Luluma*
ra iridem albus, extrà, rubens co- *ἄργεμος*
appareat, græcis ἄργεμος, ἄργεμον, *ἄργεμον*
εμα Latin. Albugo germanis ein *ἄργεμα*
olgeschwähr bey dem Kreiß deß Au- *Albugo*
s/ so vmb den Augstern ist/ item weis- *Hlgeschwär*
Flecken oder an mal der Augen/ Sera-
on Achymon appellat. *Achymon.*

Consimiliter oculum affligit pu-
s collectio sub cornea translucens,
æ, si determinata fuerit circulo iri-
s à similitudine ὄνυξ Lat. unguis ge- *ὄνυξ*
raliter : ἕλκωσις seu πύωσις cum ex *Vnguis.*
tu seu inflammatione, sub cornea
us colligitur, dimidium nigri occu-
ans, aut per totam corneam tuni-
am pellucens, & tum ὑπόπυον pro- *ὑπόπυον*
riè nuncupatur.

Ex fluxione etiam acrium, salsorum

& nitroſorum humorum, ulcerantu[r] nonnunquam palpebræ, præſertim circa angulos, unde palpebræ intumeſcunt, & rubent, non ſine inſign[i] pruritu, & oculi illachrymantur, d[i]citurq; hic affectus ψωροφθαλμία, latinis lippitudo ſcabra germ. **trieffun[g]** vel **greckig rinnen der Augen** ſolen[t] præterea, variis quoque tumoribu[s] palpebræ tentari, quorum 1. κρίθη [i]est hordeum dicitur, Aëtio tetrab. [2.] ſerm. 3. cap. 82. præputiolum tuberculum eſt in ſumma palpebra ſuccrecens propè cilia aliquantiſper oblongum, quod dum ſuppuratur, colore & figura imitatur hordeaceum granum vulgò **Wärner** dicitur, quidam **Wärtzlin an den Augbrawen.**

*ψωροφθαλμία. Lippitudo ſcabra* Trieffung greckig rinnen der Augen. *κρίθη Hordeum* Wärner Wärtzlin an den Augbrawen.

Acrium humorum defluxu, non tantum oculi, verùm & nares tentantur, unde in alis internis ulcus excitant quandoque putridum, & fœten[s] ὄζαινα dictum, à piſce, qui aliàs ὀσμύλ[η] vocatur.

*ὄζαινα* Stinckendt Naßen Beschwär.

Defædatur porrò facies ficoſis tumoribus: ſunt autem ficus expullulationes, ulceroſæ, rotundæ, ſubdura[e] rubicundæ, quarum comes ſolet eſſ[e]

dolo[r]

..., & plerunque in capite, inter-
... & in reliquo corpore erumpunt,
... s ὄγκοι συκώδεις.
... s affines sunt ἴονθοι, latinis vari,
... cossi, germanis Poppen Finnen;
... ctos volunt quidam, quòd instar
... d est fimi, faciem deturpent, &
... ulis fædent: alii ab ἄνθος, quod
... ætatis florem erumpere soleant.
... ris conditionis sunt φύματα, ἀπὸ
... εσθαι, enascor, protubero ab iis
..., quæ spontè ex terra nascuntur,
... rotuberant; sic φύμα omnem e-
... entiam extra corporis superfici-
... ub se complectitur germanis al-
... nd Gewächs vnd Beulen nomi-
... ur.

... uius generis sunt δοθιῆνες seu fu-
... culi, germ. spitzige hitzige kleine
... en die bald Rufen vnd außgehen:
... ύγεθλα Latin. Panus & panicula,
... d pano textoribus usitato sit simi-
... erm. ein Schwenten oder Drüß/
... sel oder Knüttel / gleich wie ein
... öttle von wegē der Geschwulst/aliàs
... Kneyle Faden/ Weberspul: item,
... hartter Schwamm an Bäumen/
... umschwamm / einem Brodt nicht
... leich.

ὄγκοι συκώδεις.
ἴονθοι.
Cossi, Poppen. Finnen.
φύματα
Allerhand Gewächs vnd Beulen.
δοθιῆνες furunculi
φύγεθλα
Panus
Schwenten.

Θηριώμα

Θηριώμα ulcus est, quod per se na-
tur, & interdum ulceri ex alia cau-
cto supervenit, color est vel lividus
niger, odor fędus, mult⁹ & muco-
lis humor. Id ipsum ulcus neq; ta-
neq; medicamentum sentit, pru-
ne tantum movetur: at circa dolo-
& inflammatio, interdum etiam
bris oritur: Nonnunquam ex ul-
fanguis erumpit, vulgò der Afel

Afel.

hart Afelig Geschwär oder Wildn-

Huic simillimũ est ulcus νομώδης,

Φαγε-δαίνα.

γεδαίνα dictũ, carnem subiectã &
cumstantẽ corrumpens, factũ à m-
ria, quę est media inter materiam
facit Herpeta, quæ tenuissima est
eam, quæ causat cancrum quæ cr-
sima, vulgò der Wurm/ oder der sc-
fend Wurm: Vnguium radices s-

Wurm. παρωνυχία

cupat παρωνυχία, quibusdam πτερ-
ut Corn. cels. L. 6. c. ult. Latinis R-
via, germanis, Nagelstroh/ Wurm

πτερύγιον. Reduvia. Nagelstroh. Wurm am Finger.

Finger oder Zehen/ ein Kranckheit/
von sich die Haut von den Nägeln
wirfft oder schelet. Intercapedinem
gitorũ si possideat Meles, vulgò G-

Meles. Brattel. Assel Dachs

tel/ Assel/ Dachs. Fabrit. in obs. c-
rurg. 96. Acarum vocat, qui aliàs

Acarus.

Seuren item ein Milben significa-

[...]d nec oris coelum ab ulceribꝰ tu-
[...] præsertim in pueris illud obnu-
[...]ur, & ulceribus dehiscat, græcis
[...] vel ἄφθαι dicta. Avic. Alcola, Ha-
[...].Calaba; Germ. Curfes/Durfch/
[...]dfeul vocarunt, fiunt autẽ ut plu-
[...] pueris lactantibꝰ: cùm aut vitio
[...]fuerit lac nutricis, aut non probè
[...]n concoxerit infans, quæ si pesti-
[...]sunt, lata, cava, pinguia, quodam
[...]rreto humore albo aut nigro, aut
[...]o sordentia, quod si concreta illa
[...]es altiùs descenderit, affectus ille
[...]ara, Latin. Crusta vocatur.
[...]t & circa gingivas, abscessus, qui
[...]solutus fuerit, suppuratur & græc.
[...]λις, germ. Zahn geschwär dicitur
[...]cenna Abulen nominat.
[...]st & ulcus, quod Avicenna venam
[...]deni, quòd in urbe Medena fre-
[...]ns esset malum: Albucasis venam
[...]lem, Halyabb. venam saniosam vel
[...]osam græci δρακόντιον vocant, à
[...]guine atræ bilis naturam habente,
[...]ab exusta & valdè sicca pituita. Ver
[...] quædam similia corpora sub cute
[...]nsistunt, quæ & locũ instar anima-
[...]mutare videntur, & progressu tem-

*ἄφθαι*
*Alcola*
*Calaba*
Curfels
Durfch
Mundfeul
*Eschara*
*Crusta*
*παρουλις*
Zahn geschwär
*Abulen*
*Vena Medeni*
*Vena Civilis*
*Vena Saniosa*
*Vena Famosa*
*δρακόντιον.*

 poris

poris ſuppurationẽ faciunt, in me
bro cum dolore. Aliqui verum a
mal eſſe dicunt: Alii, videri quide
eſſe animal, ſed non eſſe. Ab hac a
malis forma, ulcus dracontij nom
accepit, infrequens vel nullus eſt
morbus in occidentali plaga, freq
in India & Ægypti ſuperioribus pl
vide apud Gal. L. 6. de Loc. affect
3. Æginet. L. 4. c. ult. Aët. tetrab
ſerm. 2. cap. 85. cuius hæc ſunt ver
Qui appellantur dracunculi lumb
cis ſimiles ſunt & aliquando mag
aliquando parvi reperiuntur, freq
tius quidem in cruribus, quandoq
verò & in muſculoſis brachioru
partibus conſiſtentes. Naſcuntur
tem hi in Æthiopia & India in pu
præcipuè, eſtque ipſorum genera
non diſſimilis lumbricis latis vent
Sub cute enim moventur, nihil m
leſtiæ afferẽtes, verùm temporis p
greſſu circa dracunculi extrem
tem, locus ſuppuratur, & cutis,
dracunculi caput exeritur. Quo
dracunculus attrahatur, vehem
tem dolorem inducit, præſertim
mia violentia tractus ſi fuerit aut
pt

: Hanc ſententiam refellit Pare-
: 7. cap. 21. & ait Dracontion nil
d eſſe, quàm tumorem & abſceſ-
à fervore ſanguinis in genere ve-
o genitum, cui ſententiæ & nos
ſcribemus, & cùm varicibus haud
diſſimiles, nomen hauſiſſe puta-
s à draconibus in vitibus, qui ſe-
dum Plinium ſunt **die groſſe vnnd
Schoß an Weinſtöcken/ſeind krum
d gewunden/ gleich wie ein Drach
s Graglen.**

Poſtremò, Exulceratione malam,
ſtaceam, aridam, brachia & crura
cipuè inficientem, quidam Ma-
n mortuum, quidam ulcus Eſcha-
les vocaverunt, quidam ad ſaphati
ſtoſum arabum retulerunt: Eſt
m ſaphati exulceratio, habens fo-
mina plura, è quibus emanat ichor,
nnullis viſcidus, de quo ſupr. l. 1.
.17. p. In capite igitur hoc ſaphati,
horum nomine inſignitur: in bra-
iis autem & cruribus, Malum dici-
r mortuum, & mortuum quidem,
urandi ratione difficiliori, vel quòd
media viliora reſpuat, vel quòd ad
ortem uſq; comitetur, vel mortem
acce-

*Malum mortuum ulcus Eſcharodes ſaphati cruſtoſum.*

acceleret. Simoneta L. 3. p.396 in
Malum mortuum est species ...
ab adusta melancolia & adust...
phlegmatis salsi, cum livore & ...
dine & pustulis crustulosis, fædis, ...
sanie, cum ærugine, & veluti insen...
les, & turpi aspectu in coxis, ped...
& tibiis. vide Parac. von offnen S...
den mihi p. 38. Hic ulcerum catal...
in cute manifestus conspicitur, ...
tamen & alia plura, interiores ho...
num partes infestantia, de quibus ...
loco. Nunc ad pleniorem recensit...
cognitionem, descriptione cog...
quid sint, ad divisionis eorundẽ A...
tomiam properandum.

## CAPUT XIII.

## DE DIVISIONE ET SIGN... DICTORUM VLCERUM.

*Fistula lachrymalis factiva Almans, dicitur Exitura Bothoralis.*

Dividitur autem αἰγιλ... fistula lachrymalis, in fa... vum & factum apostema ... tione generationis, illud ... mansori Exitura Bothoralis, hoc, ... chilus nuncupatur: Et hic alias ap... tus seu conspicuus, cùm scilic... phlegmone origo extitit, aliàs inte...

lat...

ns quando scilicet materiæ pitui- *Facta, Bachilus.*
æ incursu aut congestione loci in
nuerūt, adeò ut foràs nullū visatur
amen, sed tantum tumor pisi ma-
tudine. hic tumor compressus, li-
ore manat, sanioso, sevoso, ruffo &
is albo & viscido, idq; vel per oculi
gulū, vel per interiores nares: qui-
dam talis sanies continentet pro-
t, aliis, menstruis tantū circuitibus,
od quibusdā fistulis est proprium.
Humorum ratione Arculanus in 9.
mans c. 33. Quatuor species, secun-
m quatuor humores recēset. Apo-
ma videlicet, phlegmaticū, sangui-
ū, colericū, & melancolicū. Verùm
icenna de duob⁹ tantum loquitur,
licet phlegmatico, quod est de ge-
re glandularum, sive sit cum cysti,
e sine cysti, & de sanguineo. Ex eo,
òd ista duo sunt secundū plurimū
enientia, phlegmaticū quidem, pro- *Lachrymale domesticum id est Hircus maior.*
er multa phlegmata à cerebro ad la-
rymale domesticum rheumatizan-
i sanguineū etiam accidit frequen-
r, propter uveam, quæ est in lachry-
ali domestico, à qua facilè egreditur
nguis illi⁹ apostematis, factiv⁹, unde
postema hoc dicitur Exitura Botho-
ralis,

*Apostemata dicuntur arabibus Exitura.*

ralis. Apostemata enim, quæ fiun hoc loco sunt secundum plurimu exituræ, incipiendo, licet ut pluri sint difficilis suppurationis, & pro rea, ex longâ morâ frequenter pu faciunt os, aut aliquam particula vel panniculum, vel cartilagine apostemata vero cholerica, aut lancolica, rarius accidunt in hoc co. Sanguinea Exitura rursus dup quædã enim magis superficialis, jacens visui, sed compressione se tur, & est deterior, arguit enim crassitiem materiæ, aut debilitat virtutis expulsivæ, & est tardioris purationis, quàm prima, secundu plurimum corrumpens os, aut al particulam intrinsecam: Et hæc a lopis est distinctio.

*Parotidũ differentia triplex.*

Cæterùm quod Bubones in in nibus & sub alis, id sunt parotide carnibus adenosis post aures: à m autem generationis, in triplicem dunt differentiam: Aliquando e sine ulla febre fiunt, natura purg cerebrum ab excrementis in eo co gestis: aliquando verò fiunt in fe & rursus aut motu naturæ sym

mat

[...]itico, quando ſcilicet in principio [...]te concoctionem extuberant; aut [...]itico; ut cùm, morbo concocto, fi[...]t, & cum levamine liberantes. Non [...]tem omnes febres, per parotidas [...]licantur, ſed illæ tantum, quæ à ma[...]ia mediocris craſſitiei & tenuitatis [...]oveniunt, ea enim in caput prom[...]ius aſcendit, & tamen non diſcuti [...]ſenſibiliter (niſi in juvenibus robu[...]s) ſed in inflammationem ſuppura[...]one finiendam ſolet tranſire.

*Parotides cur non in omnibus febribus oriantur.*

Qua ratione ἐπινυκτίδες, à reliquo [...]pularum genere diſcrepent, tùm [...]lor, tùm magnitudo, tùm dolor in[...]cat: colore namq; ſunt, vel ſublivi[...], vel ſubnigro vel albo, quantita[...]m fabæ non excedētes, magna cum [...]flāmatione, & cùm adapertæ ſunt, [...]peritur intùs exulceratio mucoſa, [...]lor eſt humori ſuo ſimilis: dolor [...]rò ex eis, magnitudinem earum ſu[...]rat.

*Epinyctidum à papulis diſcrepantia.*

Reliquorum oculi ulcerum diffe[...]ntia ex ſuperiori recitata deſcriptio[...] patet, ex ſuperficiaria enim aut [...]ofundiori læſione, modò hoc mo[...] illud acquiritur nomen, de quibus

ſupra, ubi de gradibus eorum dictu[m]
eſt: quò ſpectat etiam ψωροφθαλμ[ία]
germanis ſchifferricht vnnd ſchrundä[...]
te Augliecer: ſic & locorum ratio[ne]
enumerata ulcera ab interioribus [di-]
ſcrepant ut ex ſuperiori relatione [pa-]
tet.

*Φυμάτων à tuberculis diſcretio.*

Notandum tamen differre φύμα[τα]
à reliquis: φύματα enim ſeu tuber[cu-]
la, qualia ſunt ἴονθοι, citò generari, [ci-]
tò creſcere, citò etiam ſuppurari, [&]
id, quia à ſanguine calefacto ex bi[le]
miſtura ortum habet, & inflamm[a-]
tiones eryſipelatoſæ ſunt.

Δοθίηνες verò ſeu furunculi ex ſa[n-]
guine craſſiore oriuntur, & proin[de]
tardiùs creſcunt, & ægriùs ſuppur[an-]
tur: differunt præterea, duritie & [fi-]
gura. Nam duriores ſunt furunculi [&]
magis in acutum attolluntur; tub[er-]
cula verò ſunt planiora: furuncu[lo-]
rum etiam alii ad varorum natura[m]
magis vergunt, utpote, qui durio[res]
& concoctu difficiliores ſunt: alii [ve-]
rò inflammationi magis affines, fa[ci-]
liusq; ad ſuppurationem deducunt[ur,]
atque nonnunquam non ſine feb[re]
oriuntur.

Φύ[...]

φύγεθλον à tuberculo differt, quod
[illegible]dius eſt & ortum celeriorem ha-
[illegible], ideoq; ad eryſipelatoſam in flam-
[illegible]tionem accedit.

Φαγέδαιναι, humoris ratione di-
[illegible]epant, qui, ſi prætenuis, non per-
[illegible]git ad profundiores partes, ſed
[illegible]nmam tantum cutim exedit, Celſo
[illegible]nis ſacer; ſi craſſus, veluti exuſta &
[illegible]vens atra bilis, generantur cancri
[illegible]cerati, vel cancroſa ulcera; ſi me-
[illegible]ocriter craſſus & tenuis, phagedæ-
[illegible]m in ſpecie & propriè dictam ef-
[illegible]it.

*Signa Diagnoſtica.*

Ægilops prodit ſe tumore & rubo-
[illegible]loci prædicti: Atq; cùm dolor aut
[illegible]mor, non reſolvuntur, imò dolor
[illegible]nper augetur, ſuppurationis futuræ
[illegible]gumentũ eſt, cùm verò in ſuprema
[illegible]rte molleſcit jam in pus vertitur,
[illegible]re autem genito, dolor remittitur,
[illegible]in usq; diſtendit ac rubet.

Fiſtulam cognoſcere licet, ex reſu-
[illegible]tione saniei per compreſſionem fa-
[illegible]am: egreditur autem per oculum,
[illegible]t per nares, aut per aliquod foramẽ
[illegible]tis. Cognoſcitur etiam quòd ſit ſu-
[illegible]erficialis, ex apoſtemate præceden-

te ſuperficiali, è contra, quòd ſit p[illegible]
fundum, ex apoſtemate profun[illegible]
ſcilicet cui tardata eſt eruptio. C[illegible]
gnoſcitur quòd ſit cum oſtracoſ[illegible]
te, ex longitudine temporis & per[illegible]
ctum ſentitur durities manifeſta p[illegible]
ter conſuetudinem: cognoſci[illegible]
quòd ſit cum corruptione oſſis, [illegible]
tactum cum ſpecillo argenteo [illegible]
plumbeo, & per virus, quod egre[illegible]
tur, cùm eſt ſubtile tendens ad ci[illegible]
nitatem: putredinem eſſe commu[illegible]
catam colatorio, virus declarat fæ[illegible]
dum, ſubtile, citrinum, per os eg[illegible]
diens: quòd cartilago oculi ſit cor[illegible]
pta, viſus detegit, panniculum cor[illegible]
ptum, ſpecilli facilis ingreſſio ma[illegible]
feſtat.

Præſens Parotis ex colore dol[illegible]
& tumore poſt aures cuivis patet. [illegible]
turæ verò parotidis ſigna ſunt, ſo[illegible]
nus gravis, dolor capitis & ſurdi[illegible]
repentè ſuperveniens, quia hæc in[illegible]
cant materiam, quæ prius in infer[illegible]
ribus partibus contenta, febrem fo[illegible]
bant, nunc repentè ad caput ferri.

Ἐπινυκτίδες cum parotidibus ex c[illegible]
lore & tumore cognoſcuntur, à q[illegible]
b[illegible]

tis, & pro ratione humoris modò
c, modò illum inducunt humo-
, qui vel benignitatem vel mali-
atem habet conjunctam: sic & re-
a omnia sensui patent.

x ulceribus enumeratis maximè
onicum est & ægrè curabile, ægi-
, propter continuum destuxum,
ngulum maiorem, tùm propter
um oculi difficultatem quin et-
parit, denegata conveniens liga-
, in ulceribus requisita, & quòd
licinæ debiles nil proficiant, for-
es verò ob nocumenta, quæ ocu-
relinquunt, applicari nequeant,
ra vide apud Leonum, L. 4. sect. 1.
. 35.

*Prognostica.*

Parotidem autem meliùs ac tutiùs
suppurari, quàm aliter evanescere,
a in acutis febribus, si parotis citra
purationem evanuerit, expectare
ortet recidivam. Bona autem &
utaris parotis est, quando post cō-
ctionem, & alia bonæ criseos indi-
, oritur: è contra, quæ in principio
orbi enascitur, nunquam benè fini-
potest, imò etsi feliciter procedere
leatur, per omnia sua tempora, usq;

*Parotis salutaris, quæ habeatur.*

ſuppurationem atque effluat, dein
pus rectè paratum & coctum, nihil
men ad ſalutem prodeſt.

Οζαινα niſi citò curetur, pericul
de cerebri per malignorum ſpiritu
exhalationem, corruptione, quæ
thales morbos generare apta eſt.

Omnia ulcera in cute apparen
validam virtutem expulſivam ex c
tro ad circumferentiam, & à partib
nobilioribus ad Ignobiliores det
ſionem indicant, parotides præfert
febris finem inſtare nuntiant.

*Pulſus & urina.*

Dictam modò ob cauſam niſi
negligentem tractationem, gravi
ſymptomatū συνδρομιον ſequatur,
in pulſu, nec in urina, quicquam p
ter naturale ſentitur, niſi cum fe
quando conjuncta, quod corroſi
& ambulativis eſt commune.

## Caput XIV.

## DE CVRATIONE VLC RUM GENERALI ET SPECIALI.

Communis omnium ulcerum
randorum indicatio atq; inten
(ſic & horum enumeratorum) ſi t
um ulceris rationem habemus,

Ex

siccatio. Quod autem cum altero affectu est conjunctum, à quo vel genitum est, vel fovetur, vel sine cuius ablatione sanari non potest 4. habet scopos. 1. victus congruens, vel tenuior, vel abundantior, pro viribus ægrotantis, humorum abundantia vel paucitate, præscribendus. In ciborum qualitate, habenda erit ratio temperamẽti & humorum, tùm in toto corpore abundantiũ, tùm in partem affectam affluentium. 2. Humores vel purgandi vel avertendi, aut venæ sectione, aut ligaturis frictionibus &c. 3. symptomatibus occurrendum 4. Ipsum ulcus cheirurgicè tractandum.

Igitur in ægilope instituto victu conveniente in principio affluens humor, avertendus est, quod seq. pill. assequi poterimus. Rec. Mass. pill. aur. arab. coch. an. ℈i. syr. de stæchad. q. s. f. pill. n. XIII. Hisce succedunt exteriora, qualia sunt album ovi cum aq. rosac concussum, Lac muliebre, vel sief seu collyrium de thure, quod ℞ Ammoniac sarcocoll. an ℈v. thur. ʒiii. croc. ℈ii. omnia ex mucilagine fænugræc. assumpta in collyriorum formam

mam redigantur: vel Rec. collyr. al[b.]
drach. ß. ros. aridar. aloës, thur. a[n.]
℈ß. corall. rubr. præp. ex aq. ros. ℈[i.]
omnia trita & in pulverem exquisiti[s-]
ſimum redacta, qui deinde albo o[vi]
aſſumptus, lineo panniculo molli &
tenui excipitur, demerſo nimirum
panniculo in medicamentum in ea[m]
conſiſtentiam redactum, ut non d[e-]
fluat, & loco inflammato, bis quot[i-]
diè manè & ſerò permutando impo[-]
nitur.

Dolori leniendo ſummoperè co[n-]
ducere ait Rondel. Meth. cur. morb.
c. 62. pomum coctum in lacte, vel la[c]
mulſum injectum: item mucilag. pſy[l-]
lij & fænugræc. ſimul permixtas a[c]
extractas cum aq. viol. & ſupra partem
tumoris appoſitas.

In Parotidibus, ſive criticè, ſiv[e]
ſpontaneo naturæ motu ortis, gene[-]
raliter à repellentibus abſtinendum,
ſed in principio, naturæ committen[-]
dæ, & paulò poſt, maturantibus a[d]
ſuppurationem deducendæ, tandem[-]
que aperto abſceſſu, ut alia ulcera tra[-]
ctanda detergentibus, carnem cica[-]
tricem gignentibus. Vbi verò dolo[r]

gravis

..s, vel inflammatio adeſt magna,
..ere molli alvus movenda, qualis
..qui ℞ Decoct. comm. ℔.j. El. Le-
..u. unc.j.ß. ol.cam.aneth. lilior.an.
..j. ſalis com. ʒj. ms. vel exhibea-
..nic potus. Rec. Extr. panchymag.
..Extr. ſen. ℈iii. ſyr. diaſer. unc. j. ß.
..Eupat. unc. j. prunell. ℥ß. ſi ma-
..ſit corporis plenitudo, & circa
..em calor, rubedo, & magna pul-
..o ſentiatur, ſanguis detrahendus è
..halica ejuſdem lateris. Supra par-
..imponatur lana ſuccida, ol. ca-
..m. lilior. irin. amygd. amar. vel
..th. imbuta. Cataplaſmata item re-
..erantia quidem, at non reprimen-
..cõmodè poterunt applicari, quale
.. Rec. Rad. lilior. ʒii. farin. hord.
..ietar. an. ℥ß. furfur. p. ii. bulliant
..Hydræleo ad juſtam ſpiſſitudinem,
..adijciantur ſub finem axung. por-
.. ℥i. ol. camom. irin. an. ℥iii. ms.
..ataplaſm. Quod ſi digeri non poſ-
..ob materiæ multitudinem aut craſ-
..iem in pus vertetur, ex caricarum
..cocto addito adipe ſuillo. Archi-
..nes hoc modo parotides celeriter
..ppurabat; aſſiduè calidà conſper-

 gebat

gebat & ὠμήλυσιν imponebat fuit
tem veterū ὠμήλυσις cataplaſma ex
rina hord. fænugr. ſem. lin. in ſapa
ctis ad glutinis corp⁹, adjectis inte
duobus vel tribus vitellis: plura pe
tur ex Iac. Holler inſtit. cheir. L. 1.
Rond. L. 1. c. 66. For. L. 12. ſect. 2. ob
Aët. tetrab. 2. ſerm. 2. c. 89. Paræo, L
c. 3. Maturato ulcere, fermentum
imponitur cataplaſmatis modo
ungt. Baſilicon: ſi cutis ſit exten
valdè, ſolo felle porcino, abſce
rumpitur. Quod ſi ob cutim dur
non rumpitur, tunc ferro tentand
Maturantibus ſuccedunt deterge
Emplaſtra, quorum catalogū vid
Antid. Weck. L. 2. p. 981. deterſo u
re ſequuntur conſolidantia inter
haud poſtremū locū obtinet Em
de Minio Vigonis. Item oppo
toch. Paracelſ. vel ſticticum Croll.

ὠμήλυσις quid.

Epinyctides à bilioſo & fervido
guine ſub cutim effuſo ortæ, curab
tur modo aliarū puſtularum, ex ſi
origine generatarū, imprimis tan
tolluntur amygd. dulcibus ex vino
tis & Emplaſtri forma applicatis. B
ſicæ quoq; folia per ſe, aut cum po
ta trita, eaſdem curare ſcribit Gal. L

mpl. facultatibus. Folia quoq; so-
vel Hyoscyami vel Rhamni cum
le imposita idem præstare aiunt,
nō & plantago trita & cent. virid.
passa cum ruta & cucumeris sativi
a cum aq. vel sesamū cum vino tri-
n: Laser quoq; cum aqua desiccat
que mordacitate: Lenticula item
ta, & Emplastrum ex polline tritici
liter imponitur. Postquā verò Epi-
tis ex coriata fuerit, cavendum ne
ia, acida vel salsa adhibeantur.
Oculorū exulcerationibus superius
itatis, tàm superficiariis, quàm pro-
ndis, eadem methodo, qua modò
ylopi & parotidib⁹ succurrebatur;
venitur generaliter, præmissa bona
tus ratione, (in qua vitanda lectio
equens, cibi cōcoctu difficiles, fum⁹,
gus, ventus, ven⁹ &c.) ab evacuatio-
humorū inchoando: ex Hipp. autē
creto lib. de loc. in hom. vomitus a-
rsandus, alvum verò movere cōdu-
bilius. Inter medicamentorum for-
ulas, oculorum vitiis, pillulæ, magis
nt accōmodatæ, ex illis, sine quibus,
pill. Lucis maj. & min. sed hoc dis-
rimine, quod pill. sine quibus, ad te-
uiores & calidiores fluxiones accō-
nodatiores sunt: Lucis verò ad cras-
siores

*Vomitus in oculorū vitiis non citandus.*

*Pillulæ sine quibus & Lucis quando præscribendæ.*

*Errhina oculorum malis nocua.*

siores & frigidiores. Errhina quoq
oculorum ægritudinibus adversa, n
certi simus in capite parum mate
esse: Quia agitato his remedijs h
more, propter vicinitatem partiu
illarum maior fluxio ad oculos c
citatur, morbusq; augetur. Anti
cùm corpus sanguine multo & cali
scateret, nec per venæ sectionem
porum ascensus potuit intercipi, c
sueverunt venas, quæ per collum
cendunt, utrinq; sub cute (non p
fundiores quæ ad membranas cere
progrediuntur) incidere, imò etia
transversas rescindere; ut scilicet s
crescente cicatrice ascensus prohi
retur; quin etiam arterias interdu
incidebant, quod nostra ætate, t
quam parùm tutum prorsus exole

*Venas colli & arterias, antiqui aperuerunt in oculorum ægritudinibus.*

Peracta communi vacuatione,
est venæ sectione & purgatione
nondum intercepta sit fluxio (cu
rei indicium est perseverans capi
gravitas insignis) ita ut adhuc rev
sione aut derivatione opus sit, præ
pit Gal. L. d. facil. parabilibus ven
sam cum incisione, affigi occipit
atq; ita sanguinem detrahi, eadem
tio

*Fluxionis nondum abolitæ signum.*

e, qua Hippocr. 5. aphoris. 68. in-
rectam venam frontis consulit,
ndo dolet occiput.
Parmaca quod concernit hæ pill.
mittantur: ℞ Pill. Hier. cum agar.
ine quibus ℈ii. troch. alhand. gr.
um aq. fænic. q. s. f. pill. nu. xxxi.
erum Ægineta L. 1. cap. 31. com-
ndat aq. fænic. viridis cum aq. plu-
i paratam. In specie caliginem
lorum tollit theriaca cum vino
o distemperata & pluries in die o-
s injecta, ut & flores chelidonij
n melle & aq. rosar. vel pluviali
dica usq; ad aq. consumptionem
octi & per pannum transcolati,
ntura oculi madefaciendi.
Ad Nebulam conducunt Locustæ
n nimium virides, & non nimis ni-
, cum acu in filo pendentes suffo-
tur in vino, postmodum siccentur
umbra & pulverisentur, cui adde
v. rad. fænic. & primulæ veris an.
ligentur in petia, quam inijce in
dictum vinum, ex quo indies ocu-
rigentur: cur Locustæ nebulam
lant quærat forsan aliquis? scien-
m ergò subjectos esse oculos, solis
domi-

NB.

dominio, quod exulceratione
quali ecclipsatum, per locustaru
Mercuriale venenum quo scatent
no, (quod & ipsum solis imperio
jacet) extractum, curari.

Ἐπίκαυμα, ἔγκαυμα, cum aut sine
bre fientes, sanare oportet alvo
clysterem præevacuata. clyster si
lis. ℞ Rad. chelid. ℥ii. Herb. Euph
verb Buphthal. calend. rut. fenic.
M. ß. flor. stæch. camom. Hyperic
p. iiij. sem. fenic. carui. an. ʒii. bulli
in aq. font. ℔. iii. ad consumpt. dim
part. in qua dissolve El. lenit. ℥ii. H
picr. ℥i. sal. comm. ʒi. Ms. f. clys
Hunc sequatur collyrium Nili ex
sis, cuius hæc est compositio. ℞ R
tenerar. ʒß. croci ℈i. papav. ℈ß.
pluviali q. s. ms. quod instilletur &
ipsis intervallis infusionis collyrii.
muliebre infundendum: Præter
deinde aliquot diebus admiscend
superiori collyrio aliquid de chi
Apollonii cuius Ægineta L. 7. cap
hanc tradit compositionem. ℞ M
sinopici, gallæ, omphacitidis, cro
rosar. recent. unguibus exemptis
ribus, quem Thylaca vocamus, gu
mi

n. ℥iiij. opij ℥i. vino aminæo aut
no, aut chio auſtero teruntur, ſit
m vinum marinæ expers. Huic af-
cenſetur collyrium in Antid. we-
L. 2. ſect. 42. p. 1103. deſcriptum.
ofundiora quæ ſunt, βόθριον, κοί-
, ἄργεμος Leniter primùm deter-
ibus curabimus, & deinde ad re-
entia tranſeundũ, quale eſt colly-
ex thure paratum, quod hoc eſt.
dm. thur. an. ʒi. ceruſſ. ʒiß. opii
terr. ſigill. ʒii. gummi ʒß. Excipi-
r aqua, vide Aët. tetrab. 2. ſerm. 3.
6. p. 428.
ngues, ὄνυχες Magni & inveterati
m manum expoſtulant: Recenti-
verò & magnitudine mediocres,
idiis eliduntur abſtergentibus;
r ſimplicia ſunt æs uſtum vel atra-
tum ſutorium, ſimul cum porci-
elle. Efficacius autem hoc ſequens
atramenti ſutorij ʒi. gumm ʒß.
læuigata illinuntur. Nonnulli ca-
um fel, melle miſtum inungunt:
rurgicam operationẽ vide apud
eum L. 16. cap. 14. Æginetam. L.
p. 18.
Sic & πύωσις cum ὑπώπιο tollitur,
dolorem autem ſedandum con-
ferer

feret lac recens mulſum, decoct[...]
fænugræc. & lini: ſi inflammatio[...]
tiatur magna, non erit abſurdum[...]
quid viol. vel ſolani admiſcere: [...]
to utcunq; dolore, & pure jam fa[...]
ad leviter diſcutientia veniendu[...]
qualia ſunt mel, mucilago, fænug[...]
cum pauco ſaccaro vel melle: Aë[...]
trab. 2. ſerm. 3. cap. 28. p. 375. ca[...]
concuſſione aliquos ſanatos fuiſſ[...]
fert.

Acres, ſalſi & nitroſi humores[...]
ῥοφθαλμίαν excitantes tolluntur [...]
pulvere ℞ Tutiæ præp. unc. i. An[...]
ʒß. Marg. præp. ʒii. corall. præp.[...]
vel diſſolve Myrrham cum lacte [...]
liebri & oculis inſtilla, non negl[...]
tamen pill. & pharmaciis interni[...]
pius jam memoratis: reliqua pe[...]
tur ex Aëtio tetrab. 2. ſerm. 3. c. 7[...]

In Hordeolo, quod κρίθη voc[...]
abigendo Idem Aëtius cap. 82. c[...]
mendat ſagapenum cum aceto [...]
tum, item confrictionē cum mu[...]
capite abjecto, nec non fomenta[...]
nem cum ſpongia, vel pane cal[...]
Poſt humoris excretionem, mel [...]
natur, tandem collyria ulcerib⁹ c[...]
meda.

Ozænarum curationi universale
gans præmittendum, quale hoc est
el. diacathol. drach. ij. ſyr. diaſer.
. j. ß. aq. cuſc. Euphras. an. unc. ß.
pen. unc. i. ms. ulcus ipſum ſeq. la-
dum Rec. uvarum immaturarum
ij. cortic. malor. granat. balauſt.
ach. an. ℔. j. ß. macerentur in ace-
d eminentiam 3. digit. deſtillen-
in qua diſſolve alum. ℔. j. vitriol.
. iij. f. reiteratio deſtillationis, hac
a tangantur partes internæ nari-
: vel applicetur hoc Rondeletij L.
65. Rec. omphacij unc. ß. cortic.
. granat. balauſt. an. ℥iij. myrrh.
n. ladan. an. unc. ij. chalcit. aloës
tic thur. an. ℥j. ol. ros. & myrtill.
unc. ii. cer. rubr. q. ſ. f. ungt. quod
olvi quoq; poterit in vino aut aq.
till. aut peculi ros. conducet et-
hoc ſuffimigium. ℞ Ladan. pu-
Hypocyſt. maſtic. myrrh. an. ℥iii.
ac. rubr. & calaminth. cortic. thur.
darac. auripig. rubr. an. ℥iii. exci-
ntur omnia terebinth. & f. troch.
bus fumigetur ſerò & manè in cu-
ulo. Quod ſi ulcera dolor comita-
utere ungt. Pauli quod Rec. ol.

ros. myrtill. an. unc. i. plumbi usti
targ. an. drach. i. ceruss boli armen
laust. an. ℈ij. cer. alb. q. s. f. ungt
℞ ceruss. ℔. ß. lytargyrij plumb. usti
℥iß. abluantur & vino myrteoq; c
excipiantur ulcera quando sicca
rint Rec. Adipis cervin. gallin. an
œsypi, mellis an. ℥ii f. ungt & ut
tes magis corroboret adde parũ p
myrti vel gallæ, plura vide apud
tetrab. 2. serm. 2. c. 91. capivace. L.
50. Æginet. L. 3. c. 24.

Ficosos tumores abigit seq. ℞
syos ℥iß. chalcit. ℥iiß. squamæ æri
alum. fiss. ℥i. ms. benè lavando a
rosar. & siccando, postmodum m
inspergantur, die in sequenti ru
pars lavatur, spongiâq; detersa id
applicatur.

Ιόνθȣς emollit Lilij radix trita c
melle & illita: vel Rec. Mellis & a
acerrimi an. ℥j. ms. faciemq; illin
vel argenti spumam cum terebin
næ aut ol. candid. momento trit
infricando perunges: vel alumen
sile cum terebinthina, vel amyg
amara aceto macerata infricar
In callum verò concretos varos t

Rec. ſapon. gallic. drach. iiij. thur.
…iamatis, Ammoniac. an. ℥i aq.
…diſſolutis perungendo & poſt ho-
…eluendo, cumulum medicamen-
…m vide apud Aët. tetrab. 2. ſerm.
…p. 13. Præſtans & hæc aqua, quæ
… camphor. ſulph. an. unc. ß. thur.
…rh. an drach. ii. pulveriſentur ſub-
… & macerentur aqua Ros. ℔. ß.
…ecendium in ſole deſtillando, fa-
…abluta per ſe ſiccеſcere commit-
…r. Idem præſtant folia malvæ cru-
…auco ſale & Melle contuſa & im-
…ta, ſaneſcere quando incipiunt,
…movendus Myrrhis (wild Kerfel-
…) item per triduum in aqua ma-
…ta, quâ facies ſi abluatur, à varis
…atur.

…Φυμάτων malo, diſcutientia & di-
…ntia primum applicanda, è quo-
… numero ſeq. Rec. farin. tritic. ℥ii.
…ue aquâ pulticulæ in formã adde
…r. rec. ℥i. croc. ℈i. vel applicetur
…hyl. cum pulv. irid. malaxatum:
…s ut maturetur hoc cataplaſma
…ſtabit ℞ Rad. alth. inciſ. ℥iß. pa-
…r atripl. viol. an. M. i. flor. camom.
…l. an. M. ſem. coq. in ſ. q. vini albi,

facta colat· pistentur addendo ce
sub cineribus coctas nu.ij. butyr.
unc.i ol. lilior q.s.f. Cataplanna, q
& Pano seu Φυγέθλω conveniet.

In θηριώματι longo usu probata
candela quæ Rec. thur. myrrh. an
c.c. unc. i. as. dulc. Rad. ang. pin
nell. an. drach. ii. croc. ℨij. cam
drach. i. pulveris. omn. & camph
cum croco terantur saliva cer.
mixtis omnibꝰ f. candelæ, hisce m
brum suffumigetur diligenter &
dit θηρίωμα.

Φαγεδαίνοις cataplasma ex fa
Erui, alum. liquido panis siliginei
ca, tereb. liquida pari pondere mi
cataplas. modo imposita conferu
oleæ item summitates in vino de
ctæ cum melle inducuntur.

Παρωνυχίοις probatissimum medi
Excrementum felium impositum
huius defectu Rec. fell. suill. farin.
tic. an. unc. semi. acet. q. s. f. cataplas
Item contundantur flor. paralys.
imponantur, recentes haberi si
queant, coquendi aquâ calidâ.

Aphthas puerorum corrigit I
nutricum alteratum in adultiori
ve

æ sectio plurimum juvaminis ad-
c post octiduum aperiantur venæ
ringuales, eluatur item os seq. gar-
ismate ℞ Balaust. pimpinell. plan-
camom. aneth. cynogloss. an. M.
pq. in aq. font. s. q. in colat. dissol-
iamor. unc. i semis quod acui po-
t necessitate urgente, pulv. gallar.
ranis myrti. Aphthas etiam sanat
cus granati acetosi cum melle mi-
& coctus: thus etiam solum aut
n melle rosaceo mistum, aut cum
o dulci, aut cum utroque. Quod si
ola sit nigra Herpetica. ℞ fol. oliv.
. spinæ alb. rub. acac. an. ℥i. alum.
nen. vitriol. an. drach. ii. croc. dr. j.
rata pulverisentur & administren-
fricando & super apponendo cum
lle rosaceo, aut vino dulci, aut
n uva passa enucleata & aniso cum
lle mixta, aut cum vitriolo trito
m melle. Reliqua vide apud Ar-
ld. d. villa Nov. L. 1. Breviarii c. 44.
171. Marquard. p. 172. Leonum L.
sect. 1. c. 5. p. 512. Rondel. L. 1. c. 76.
ginetam L. 3. cap. 26. Aët. tetr. 2.
rm. 4. cap. 39. Holler. ad Libr. 7. de
mponend. med. perioch. 7. cels. L.

 5. c. 26.

5. c. 26. ſic & Paræum tract. de renu
tiationibus p. 654. chalmet. L. 3. c.
Andr. Chriſtian. Ripens. L. 4. ſect
cap. 7.

Παρελίδας ferrum tollit, pure e
cuato, vino colluendum os, ſeq. c
mulsâ, tertio, antheron pulvis vul
ri inducendus, uſq; dum curatio fin
tur, vide Aët. tetrab. 2. ſerm. 4. c.

Δρακόντιον ex ejuſdem dictatione
li methodo aufertur: valido filo b
chium vel crus conſtringere opor
& quotidiè hoc molliri, ut dracun
lus paulatim progrediens, cōſtrict
ne quidem intercludatur, nequaqu
autem abrumpatur. Locus item ad
mulſâ, & oleo, in quo abſynthium
abrotanum coctum eſt, aut alio q
dam ex his, quæ ad alvi lumbricos
ſcribuntur, irrigandus. Omnia tam
acria vitanda, propter periculum
flammationis. Cataplaſmata quoq
laxatoria ac ſuppuratoria è farin
cum aqua mulſa & oleo preparata
hibeantur. Quòd ſi dracunculus ſp
tè progrediens, facilè extrahi pote
nihil amplius faciendum eſt. Sin
ſuppuratione vertetur, à cataplaſm

& aquæ mulſæ ac olei rigatione
n eſt diſcedendum. Nos verò Em-
ſtrum è baccis lauri, poſt cataplaſ-
tum ablationem imponere ſole-
is: facta verò ſuppuratione, cutis
longitudinem diſſecetur, & dra-
nculus denudatus, auferatur & cu-
linamentis inditis diſparetur, & re-
ua curatio ſuppuratoria adhibea-
, ita ut animali ſuppurato & extra-
, ulcus incarnetur & ad cicatricem
rducatur. Hæc ille Tetrab. 4. ſerm.
c. 85. quibus aſſentitur Ægineta L.
cap. 58.

Malum mortuum corrigitur ſeq. ♃
lphur. liquefacti in vino ardente, li-
ioris de colophonia, per alemb. de-
ll. ol. carab. ſtillatic. an. ℥iiii. Thur.
ii Reſin. abietis unc. vii. f. mixtio ad
nem, hâc malum calidiſſimè inun-
endum, toties reiterando donec Eſ-
ara tollatur, quo facto, ulcus cum
ucco plantaginis conſolidandum.

*Membra conquaſſata.* verletzte Glieder.

Improvidè ſi quis digitos manuum
el pedum conquaſſaverit aut con-
quaſſationem ab aliis ferre coactus
uerit, malo ſeq. ungt. impoſitum
uccurret Rec. cineris clavellat. ℔. j.

ferr. raſpat unc. vj. Lytharg. aur. un
iiij. tereb. unc. iij. ol. ros. ℔. ij. coq.
ſpiſſitudinem ungt. juſtam ac de
tam, petiis uſurpandum. Geraniu
item & ſerpillum in vino maceratu
potatumque nec non & impoſitu
plurimum juvaminis attuliſſe per
bet experientia.

Spreiſſen fangen.

Similiter per cruda ligna incau
tractata eadem membra læſa, vul
Spreiſſen fangen/ hoc Emplr. cond
cit Rec. Herb. agrimoniæ Rad. fil
Hermodactyl. præp. gumm. arab. a
unc. j. pulveriſatis omnibus ſubtili
mè miſceantur cum axung. leporis
porci ſylv. an. ℥i. cer. parum f. Emp
cui in medio reliquatur foramen
egredietur id quod moleſtum. Cap
item Hirundinis pulveriſatum ac m
le mixtum traditur attrahere omn
membris infixa: idem præſtare
cuntur cancri vivi contuſi & mi
cum pingued. leporis. Expellere qu
que infixa, diptamum, edocuit ce
vus, qui læſus, diptamum comede
ſolet, huic viribus ſimilia deprædica
tur, naſturtium, ariſtolochia, trag
pogon, Eryngium, Anagallis &c.

Fuſu

Fusum tractans muliebre genus,
oquendo, vel aliud meditando,
nimium ad pensum properando,
identem quandoq; incautè arripe-
upiens, manum lædit, quod vul-
german: Spindel fangen vocant
nus certè non parvi faciendum, eò
od ex fuso venenatam quandam
uat naturam, siquidem malignos
mores corporis, continua tractio-
in calescens, fusus attrahit. Repo-
nt mulierculæ fusum extractum ad
inam, persuasum habentes exinde
nus mali vulnus acquirere, forsan
dioscoridis mente; adipem enim
rcinum, tumores tollere, vulnera-
e ad sanitatem perducere probat.
li eundem maturantem & hume-
ntem esse perhibet. Plinius, ad e-
olliendum, scutiendum, purgan-
mq; conferre dictum adipem suil-
m docet referente Vincentio in spe-
l. spec. natur. L. 18. c. 83, participa-
igitur videtur hac ratione arvina
a adeps suillus cum Vnguento, con-
llato, vulgo die Waffensalb/ de quo
fra. nec effectu caruisse hoc medi-
n experientia testatum fecit: Alio-

Spindelfangen.

Waffensalb.

quin & hoc Emplr. erit proficuum
Mumiæ, Masticis. lap. calaminar.
unc. ij. sulph. unc. i. succ. bryon. c
pro incorporatione vel Rec. con
Reg. unc. iiij. visc. de pino ℔. ß. Te
binth. unc. viii. Mum. unc. iii. f. c
plasma. vel Rec. ol. Lin. unc. ij. bl
bacc. laur. unc. semis. ol. vitell. ov
unc. iii. coloph. ad pondus omniu
Mastic. thur. an. ʒi. Mumiæ ℥i. se
ceræ virgin. unc. ii. f. Emplr. vel
retur seq. ungt. Rec. Mell. Mastic.
rebinth. an. unc. i. Lut. ovor. nu.
ol ros. unc. i. in mortario terantur
mul per horam f. ungt.

Dorn vnd Nagel ausziehen.

Spinas evellit Radix liliorum c
tusa & vino cocta, super impo
idem præstat auxilium pedi à cl
offenso, pariter juvat & colchici
dix cum herba contusa. Nec sperni
dus seq. Balsamus vulnerarius R
ol. oliv. ℔. i. flor. camomill. centa
chelidon. Herb. prunell. tapsi ba
an. M. i. fol. & flor. Hypericon.
iii. ms. digerantur in sole per men
duos, si placet reddere efficaciore
adde, Mumiæ, mastic. thur. myrr
an. drach. i. vel Rec. ceræ unc.

co

